

& omnes effectus sortiatur, quos ultimæ habent liberalitates: neque ex quacumque parte ab similibus (eis) intelligatur. Dat. Kalend. Septembr. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. COSS. 530.

TIT. LVIII.

DE INFIRMANDIS POENIS COELIBATUS¹, ORBITATIS² ET (DE) DECIMARIIS³ SUBLATIS.

1. Imppp. CONSTANTINUS, CONSTANTIUS, & CONSTANS. AAA. ad populum.

Qui jure veteri *calibes* habebantur, imminentibus legum terroribus liberentur: atque ita vivant, ac si numero matrimonii foedere fulcirentur. Sitque omnibus æqua conditio capessendi, quod quisque mereatur. † Nec vero quisquam *orbis* habeatur, & proposita huic nomini damna non noceant. † Quam rem & circa foeminas existimamus, earumque cervicibus imposita juris imperia, velut quædam juga, solvimus promiscue omnibus. Dat. prid. Kal. april. *Roma*, CONSTANTIO 11. & CONSTATE AA. COSS. 339.

2. Imp. HONOR & THEOD. AA. Iudoro Præf. Urbi.

Inter virum & uxorem rationem cessare ex Lege Papia *decimarum* 4: & quamvis 5 non interveniant liberi, ex suis quoque

TIT. LVIII. (1. l. 1. in princ. infr. h. t. (2. l. 1. vers. nec vero quisquam orb. infr. eod. (3. l. 2. infr. eod. l. 18. ff. de auro. (4. l. 15. §. 1. de auro. excip. l. 6. ff. de vulg. & pupill. substit. l. 41. & 42. ff. de legat. 2. l. 28. ff. de legat. 3. adde l. 25. ff. de cond. & demonstr. (5. Adde tit. prox. infr.

cos solidum capere testamentis, (nisi forte lex alia imminuerit derelicta) decernimus. Tantum igitur posthac maritus, vel uxor sibi invicem derelinquant, quantum superstitis amor exegerit. Dat. PP. Non. septembr. VARANA COS. 410.

TIT. LIX.

DE JURE LIBERORUM. I

1. Imp. HONOR. & THEOD. AA. Iudoro P. U.

Nemo posthac a nobis jus liberorum petat: quod simul hac lege omnibus concedimus. Dat. PP. Non. septembr. VARANA COS. 410.

2. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

Illam injuriam, quæ contra matrem defuncti, vel defunctæ præteritis fiebat temporibus, pro justitiæ ratione (amputamus), & legitima jura, quæ ex Tertulliano Senatusconsulto 2 ei præstantur, omnimodo eam habere sancimus: licet tres 3 liberos ingenua, vel libertina quatuor minime pepererit. Dat. Kal. Jun. *Constantinop.* ipso A. 11. COS. 528.

TIT. LIX. (1. v. l. 2. infr. h. t. (2. v. Nov. 78. c. 5. (3. §. 4. Inst. de SC. Tertyll.

LIBER NONUS.

TIT. I.

DE HIS, QUI ACCUSARE NON POSSUNT.

De mutuis accusationibus.

1. Imp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Sylvano.

Præteritius est, ut criminibus, quæ tibi ut graviora 1 ab adversario tuo objiciuntur, cædis atque vulnere respondeas: & tunc ex eventu causæ Judex æstimabit, an tibi permittendum sit eundem accusare, tamen si prior 2 inscriptionem deposuisti. PP. v. Ibid. martii, TERTULLO, & CLEMENTE COSS. 196.

De tutore & curatore.

2. Imp. ANTONINUS A. Ingenuo.

Si cautiones, quibus Secundinus solutam Eugenio pecuniam probare se dicit, tutores 3 vel curatores tui suspectas, vel falsas habent: proprio nomine (cum non liceat alieno) non prohibentur in crimine falsi subscribere. Nec enim facile vel tutores, vel curatores, qui ex officio periculo (suo) res pupillorum, vel adolescentium administrant, sententia notantur, nisi evidens eorum calumnia 4 judicanti apparebit. PP. XII. Kalend. octobr. ANTONINO A. & GETA COSS. 206.

De ratione accusationis instituenda.

3. Imp. ALEXANDER A. Rufo.

Qui crimen publicum instituere properant, non aliter ad hoc admittantur, nisi prius 5 inscriptionum pagina præcesserit, & fidejussor 6 de exercenda lite adhibitus fuerit. Sin vero post satisfactionem præsentis non fuerint, (edicto) admonendi sunt, ut veniant ad causam agendam: & si non adfuerint, non solum extra 7 ordinem æstimatione Judicis puniendi sunt, sed etiam sumtus, quos in eam rem, & circa ipsum iter 8 ad litem vocati fecerunt, dependere cogentur. PP. 111 Non. februar. ALEXANDRO A. COSS. 223.

De feminis.

4. Idem A. Dionysio.

Uxor 9 tua, si confobrini sui necem vindicandam existimat, adeat Præsidem provinciæ. PP. XVI. Kalend. jul. ALEXANDRO A. COS. 223.

TIT. I. (1. v. l. 19. infr. h. t. l. 5. ff. de public. judic. (2. v. l. 3. in r. h. t. l. 17. infr. tit. prox. (3. l. 5. vers. cum igitur infr. h. t. l. 2. supr. de his quib. ut indign. l. 14. ff. ad SC. Turpill. adde l. 18. §. 8. ff. de jure fisci. (4. l. 15. §. 2. ff. ad SC. Turpill. l. 22. ff. de his quæ ut indign. (5. l. 10. infr. h. t. l. 16. l. 17. infr. & l. 7. in pr. ff. de accusat. (6. d. l. 7. §. 1. (7. l. 2. in fin. infr. ad SC. Turpill. (8. l. 79. ff. de judiciis. (9. v. l. 5. infr. h. t.

5. Idem A. Marcellinæ.

Senatusconsulto permissum non est mulieri Legis Cornelie crimine reum facere, nisi res ad eam 10 pertineat. Cum igitur filii tui tutores 11 vel curatores habeant: ipsi deliberare debent, an instrumenta, ex quibus adversarium filiorum tuorum obtinuisse dicis, falsa esse accusare debeant. PP. Kal. octobr. ALEXAND. A. COS. 223.

De accusatione relicta.

6. Idem A. Probo.

Accusationem, a qua discedere 12 te professus es, repetere non debes. PP. v. Non. maji, JULIANO 11 & CRISPINO COSS. 225.

De mora accusatoris.

7. Idem A. Felici.

Si ea, quæ crimen intendit, cognitionem moratur: certa 13 perferendæ accusationis tempora judex competens præstat: intra quæ si agere supersederit, renunciasse causæ intelligitur. PP. xv. Kal. septembr. AGRICOLA, & CLEMENTE COSS. 231.

De militibus.

8. Imp. GORD. A. Cajo militi.

Non prohibentur milites 14 accusationem, quæ publici judicis instar obtineat, intendere, si 15 suam suorumque injuriam exequantur. Ideoque confobrini tui necem tibi defendere permittimus. PP. XVI. Kal. aug. PIO & PONTIANO COSS. 239.

De feminis.

9. Idem A. Severiæ.

Non ignorat competens Judex, eam, quæ ultionem, & mortem filii persequi allegat, non temere ad accusationem esse admittendam, nisi prius matrem se esse probaverit. PP. VI. Non. Mart. GORD. A. & AVIOLA COSS. 240.

De militibus.

10. Idem A. Macratraulo militi. (15)

Si crimen ad tuam tuorumque injuriam pertinens exequaris, solennibus te inscriptionibus adstringe, ut Præsidem provinciæ habere judicem possis. PP. Kal. aug. GORD. A. & AVIOLA COSS. 240.

(10. l. 4. supr. l. 9. l. 12. l. 14. infr. eod. l. 1. ff. de accusationib. (11. v. l. 2. supr. h. t. (12. l. 2. in fin. l. 4. infr. & l. 2. ff. ad SC. Turpill. l. 7. infr. h. t. (13. v. l. ult. infr. ut infra cert. temp. l. 18. ff. de accusat. (14. l. 3. ff. d. l. (15. l. 10. infr. h. t. (15.) 2. 8. supr. eod.

De incendio.

11. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS Cæs. Saturnino, & aliis. Data opera partis adversæ res vestras incendio 16 exarsas esse asseverantes, crimen Legis Corneliæ de sicariis exequi potestis. PP. XIIII. Kal. Jul. PEREGRINO & ÆMILIANO COS. 245.

De feminis.

12. Imp. DIOCL. & MAX. AA. & CC. Corinthiæ. De crimine, quod publicorum fuerit iudiciorum, mulieri 17 accusare non permittitur: nisi certis ex causis, id est si suam suorumque persequatur injuriam, secundum antiqui juris statuta tantum, de quibus specialiter ei concessum est, non exacta subscriptione. Unde aditus Præses provinciæ in primis examinabit, an tale sit crimen, cujus accusationem mulier subire non prohibeatur. S. v. Kal. Maji, AA. COS.

De fratribus.

13. Iidem AA. & CC. ad Asclepium.

Si magnum, & capitale crimen, ac non leve frater 18 contra fratrem suum instituit, non solum audiendus non est, sed etiam exilii pœna plectendus est. Dat. x. Kal. Febr. CC. COS.

De matre filium accusante.

14. Iidem AA. & CC. Æliæ.

Propter infidias, quas tuæ vitæ paratas contendis, accusationem apud Præsidem provinciæ contra filium 19 tuum, si pietas, & ratio naturalis animi tui non revocat intentionem, constituere potes. S. XVI. Kal. Mart. CC. COS.

De existimatione, & de periculo calumniæ.

15. Iidem AA. & CC. Lupioni.

Criminis accusationem instituere cum periculo calumniæ si tibi existimatio 20 integra est, minime prohiberis. S. III. Kal. Mart. CC. COS.

De pluribus accusatoribus.

16. Iidem AA. & CC. Callutico.

Cum rationibus juris congruit desiderium tuum postulantis accusationem tertiam 21 ei, qui duos reos delatos habet, non permitti contra Legis præscripta, nisi suas, suorumque injurias quis persequatur. S. XII. Kal. Dec. Nicomediæ, CC. COS.

De eo, qui in rei domo educatus est.

17. Pars sententiæ eorundem AA. & CC. Dat. v. Id. Ian.

DIOCLET. & MAXIM. AA. COS.

Iniquum, & longe a secu'i nostri beatitudine esse credimus, ut Thaumasius accusandi ejus habeat facultatem, in cujus domo 22 eum (licet ingenuum) a prima ætate tamen fuisse constabat. Quare ex nomine Thaumasi mentio super confictu criminis cum Symmacho conquiescat. † Si quam sane civilem 23 petitionem idem Thaumasius sibi competere confidit: iudicio Præsidiali poterit experiri.

De fratre, & sorore.

18. Iidem AA. & CC. Juliano.

Si sororem 24 (tuam) leviorum commissorum ream facis, accusationem non prohiberis exercere in iudicio Præsidali: quo temerarie commissa, congrua ultione plectantur. Dat. III. Kal. Mart. DIOCL. IX. & MAXIM. VIII. AA. COS. 304.

Si accusatus accuset.

19. Imp. VALENT. VALENS. & GRATIANUS AAA.

Laodiceo Præfecto Sardinia.

Neganda 25 est accusatis, (qui non suas, suorumque injurias exequuntur, licentia criminandi in pari, vel minori crimine,) priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint, secundum scita veterum juris conditorum: (ita tamen,) ut & ipsi inscriptiones contra eos etiam pendente accusatione deponere possint. Dat. Prid. Id. Aug. Carnunti, GRATIANO A. III. & EQUITIO V. C. COS. 374.

De familiaribus, & servis.

20. Imp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychno P. P.

Si quis 26 ex familiaribus 27, vel ex servis cujuslibet domus cujuscumque criminis delator, atque accusator emerferit, ejus existimationem, caput, atque fortunas petiturus, cujus familiaritati, vel dominio inhæserit: ante exhibitionem testium, atque examinationem iudicii, in ipsa expositione criminum, atque accusationis exordio, ultore gladio feriatur. Vocem enim funestam amputari oportet potius, quam audiri. Majestatis 28 autem crimen (tantum) excipimus. Dat. VI. Id. Nov. Constantinop. CÆSARIO & ATTICO COS. 397.

De libertis.

21. Imp. HONOR. & THEOD. AA. Consulibus, Prætoribus, & Trib. pleb. Senatui S. D.

Si liberti 29, accusatores manumissorum, heredumve esse præsumserint 30: eodem, quo servi supplicio tenebuntur, luituri pœnas ante prohibita delationis exordium. Dat. VII. Id. Aug. Ravenna, ASCLEPIODOTO & MARINIANO COS. 423.

TIT. II.

DE ACCUSATIONIBUS I ET INSCRIPTIONIBUS.

De terminis effossis.

1. Imp. ALEX. A. Martiano.

Eos, qui terminos effoderant, extraordinaria 2 animadversione coerceri debere, Præses provinciæ non ignorabit. PP. III. Kal. Aug. ALEX. A. COS. 223.

De servo accusato.

2. Idem A. Syro.

Si cuidam crimini obnoxius servus 3 postulatur, dominus eum defendere potest, & in iudicio sistere, accusatoris intentionibus responsurum. Post probationem autem criminis, non 4 ipse dominus; sed servus pro suo delicto condemnationem sustineat. Ideo enim servum suum domino defendere permissum est, ut pro eo possit competentes allegationes offerre. PP. XII. Kal. Dec. ALEX. A. COS. 223.

De absentibus.

3. Idem A. Stephanidi.

Reos capitalium criminum absentes 5, etiam per procuratorem defendi, Leges publicorum iudiciorum permittunt. 6 PP. IV. Non. Nov. MAXIMO II. & ÆLIANO COS. 224.

4. Imp. GORD. A. Archelao.

Si accusatoribus absentibus, & non per contumaciam 7 adesse iudicio cessantibus, ex una 8 postulatione aditus Præses provinciæ non causa cognita sententiam dixit, qua eum, de quo querimoniam detulisti, liberandum existimavit: criminatione etiam nunc perseverante, quæ contumacia, vel cessatione accusatorum non interveniente auferri non potuit: causa intentati criminis apud 9 eundem, vel successorem ejus more iudiciorum tractabitur. PP. Non. Mart. GORD. A. II. & POMPEJANO COS. 242.

De mandato.

5. Idem A. Paulino.

Non 10 ideo minus crimine, sive atrocium injuriarum iudicio tenetur 11 is, qui in justam accusationem incidit, quia dicit alium se hujusmodi facti mandatorum habuisse. Namque hoc casu præter principalem reum, mandatorum 12 quoque ex sua persona conveniri posse, ignotum non est. PP. III. Id. Sept. GORD. A. II. & POMPEJANO COS. 242.

(26. l. 6. l. ult. inf. de delatorib. lib. 10. r. 11. (27. v. l. 6. §. 5. sup. de his, qui ad ecclesias. (28. Adde l. 7. in fin. inf. ad leg. Jul. majest. (29. v. l. 8. ff. de accusat. Adde l. 20. supr. h. r. (30. Excip. l. 38. §. 9. ff. ad leg. Jul. de adult.

TIT. II. (1. Lib. 48. D. 2. (2. v. l. 1. l. 2. l. 3. ff. de term. moro. l. 4. §. 4. ff. fin. regund. (3. l. 17. ff. h. r. l. 11. ff. de publ. jud. l. 19. ff. de pœnis. (4. v. l. 7. §. 1. ff. de damno l. 5. §. 5. ff. de oper. nov. (5. l. 33. §. 2. l. 35. §. 1. l. 71. ff. de procur. l. 4. ff. de obsequiis. l. 10. l. pen. ff. de publ. jud. (6. Immo vide l. 13. in fin. ff. de publ. jud. l. 11. §. 2. ff. ad leg. Jul. de adul. v. l. 10. ff. de public. jud. l. 4. §. 2. ff. ad leg. Corn. de sicariis. (7. l. 10. ff. de publ. jud. l. 3. sup. de his, qui accus. l. 2. inf. ad SC. Turpill. (8. Adde l. 5. §. 4. sup. de temp. appell. (9. l. 6. sup. quomodo & quando judex. (10. v. l. 1. §. 13. ff. de vi & vi l. 3. §. 1. ad leg. Jul. de vi privata. (11. Vide tamen l. 157. in pr. l. 169. ff. de reg. jur. l. 20. ff. de oblig. (12. l. 11. §. 3. ff. de injur. l. 15. in fin. ff. ad leg. Corn. de sicar.

(16. l. 1. ff. ad leg. Corn. de sicariis. (17. l. 5. sup. h. r. (18. l. 18. inf. eod. l. 1. §. 10. ff. de quaestionibus. (19. Adde l. 3. sup. de patr. potest. (20. l. 4. l. 3. l. 11. ff. de accusat. Adde l. 1. sup. de advoc. divers. judic. l. 7. ff. ad leg. Jul. majest. (21. l. 8. in fin. l. 12. §. 2. ff. de accusat. l. 6. in fin. ff. ad leg. Jul. de adulteris. (22. Fac. l. 20. inf. h. r. (23. Fac. l. 11. §. 1. ff. de accusat. (24. v. l. 13. sup. h. r. (25. Adde l. 4. ff. de accusat.

De absentibus.

6. Idem A. Avidiano.

Absentem capitali crimine accusari non 13 posse, sed requirendum tantummodo annotari 14 solere, si desit, vetus jus est. Et ideo cum absentem te, & ignorantem, cui nunquam ullum crimen denunciatum esset, per injuriam a Præside provincie in metallum damnatum esse dicas: quo magis in præsenti te agente (ut asseveras) jam nunc fides veri possit illuminari, Præfectum prætorio adire cura: qui quidquid novo more & contra formam Constitutionum gestum deprehenderit, pro sua justitia reformabit. PP. IV. Non. Apr. ARIANO & PAPPO COSS. 244.

De relationibus a publicis personis factis.

7. Idem A. Proculo.

Ea quidem, quæ per Officium 15 Præsidibus denunciantur, & citra solennia accusationum posse perpendi, incognitum non est. Verum si falsis necne notorius insimulatus sit, perpenso iudicio dispici debet. PP. VIII. Id. Januar. PEREGRINO & ÆMILIANO COSS. 245.

Apud quem accusari debet.

8. Exemplum sacrarum literarum DIOCLET.

& MAXIM. AA.

Si quis se injuriam ab aliquo passum putaverit, & querelam deferre voluerit, non ad stationarios 16 decurrat, sed Præsidialem adeat potestatem, aut libellos offerens, aut querelas suas apud acta deponens. PP. sine die & Consule.

Si quis sapius accusetur.

9. Idem AA. Honorato.

Qui de crimine publico in accusationem deductus est, ab alio 17 super eodem crimine deferri non potest. Si tamen ex eodem facto plurima crimina nascuntur, & de uno crimine in accusationem fuerit deductus: de 18 altero non prohibetur ab alio deferri. Judex autem super utroque crimine audientiam accommodabit. Nec enim licebit ei separatim 19. de uno crimine sententiam proferre, priusquam plenissima examinatio super altero quoque crimine fiat. PP. IV. Kal. Sept. BASSO II. & QUINTIANO COSS. 289.

De promissione victoria.

10. Idem AA. & CC. Ursæ.

Qui explicandi negotii spem 20 (cujus finis in iudicis potestate ac motu situs est) pollicetur: non minus ob illicitam sponsonem crimen contrahit, quam qui ad hujusmodi promissionis commercium contra disciplinam publicam adspirat. PP. III. Kal. Novembr. ipsis IV. & III. AA. COSS. 290.

An absolutus accusari possit.

11. Idem AA. & CC. liberis Crispinæ carissimæ nobis.

Si quis homicidii crimen existimat persequendum, secundum juris publici formam debeat eum, qui in primordio homicidii postulaverit reum, neque probaverit, ideoque reus absolutus est, pravariationis 21 arguere. Id enim salubriter statutis Principum Parentum nostrorum, jurisque forma præscriptum est. Vel si id non putaverit agendum: ad sequens crimen (id est pastorum, latronumve) descendere eum coges, atque id exequi iudicio tuo: cum, siquidem id ab inculpato appareat esse commissum, ob ultionem publicam obnoxius legibus fiat. Dat. VIII. Id. April. ANNIBALIANO & ASCLEPIODOTO COSS. 292.

De eo, qui se sponte præcipitavit.

12. Idem AA. & CC. Aurelio.

Factum sponte se præcipitantis, innocentem criminis periculum afferre non potest. S. XIV. Kal. Jun. Sirmii, AA. COSS.

De servis accusatis.

13. Imppp. VALENT. GRAT. & THEOD. AAA.

Mariniano Vic. Hispaniæ.

Si quis servos crediderit accusandos, non prius 22 ad corporum tormenta veniatur, quam se vinculo subscriptionis adstrinxerit. Dat. VI. Kal. Januar. Patavii, MEROBAUDE II. & SATURNINO COSS. 383.

De officio judicis.

14. Idem AA. & ARCAD. A. Cynegio PP.

Singuli, universique (Judices) cognoscant (in publicis criminibus) non oportere emendicatis uti suffragiis decretorum, (aut relationibus 23 a publicis personis destinandis credere:) sed rei veritatem inquirere. Dxt. Frid. Kal. Maji, Constantinop. ARCAD. A. I. & BAUTONE COSS. 385.

De viris potentioribus.

15. Idem AA. Tatiano Præfecto Prat. post alia

Tunc convenit potentiores 24 viros adesse iudiciis, cum eorum præsentiam (in criminibus publicis 25) per inscriptionem causa deponat: (licet in pecuniariis) causis per procuratores litem sustineant. Dat. xv. Kal. Mart. Mediolani, VALENTIN. A. V. & NEOTHERIO COSS. 390.

De forma libelli.

16. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Pasiphilo.

In causis criminalibus dignum est 26, ut inscriptiones præponantur, quæ magnitudinem videlicet criminis, tempusque designent 27 ut alterutram partem digna legum terrere possit auctoritas. Quod si fuerit statutum forte contemptum, hi, qui ex Officio ingrediuntur secretarium, quinque librarum auri condemnatione ferientur. Dat. VII. Id. Januar. OLYBRIO & PROBINO COSS. 395.

De accusationis ordine.

17. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Consulibus, Prætoribus

& Trib. pleb. Senatui S. D.

Accusationis ordinem jam dudum legibus institutum servari jubemus: Et quicumque in discrimen capitis accersitur, non statim reus, qui accusari potuit, existimetur: ne subjectam innocentiam 28 feriamus. Sed quisquis ille est, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum 29 inscriptionis arripiat, custodia 30 similitudinem (habita tamen dignitatis æstimatione) patiat: nec impunitam fore noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo 31 supplicii. Nemo tamen sibi blandiatur objectu cujuslibet criminis, de se in quæstione confessus veniam sperans propter flagitia adjuncti, vel (pro) communionem criminis consortium personæ superioris optans, aut inimici supplicio in ipsa supremorum suorum sorte satandus, aut eripi se posse confidens, aut studio, aut privilegio nominati: cum veteris juris auctoritas de se confessos, ne interrogari quidem de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem, super conscientia scrutetur aliena. Dat. VIII. Id. August. Ravenna, ASCLEPIODOTO & MARINIANO COSS. 423.

TIT. III.

DE EXHIBENDIS ET TRANSMITTENDIS REIS.

1. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. Valentino.

Consulari Piceni.

Si miles 2 in provincia repertus crimen publicum commiserit, eum Rector provincie sub custodia constituat: atque ita vel causæ meritum, vel (etiam) personæ qualitatem ad Magistrum militum referat. Dat. III. Kal. Febr. Mediolani, VALENTIN., & VALENTE AA. COSS. 365.

2. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA.

Eutropio PP.

Nullus in carcerem priusquam 3 vincatur, omnino vincatur. 4 Ex 5 longinquo si quis est accidendus, non prius insimulanti, (id est, accusatori,) accommodetur adensus, quam 6 solenni Lege se vinxerit, (& in pœnam 7 reciproci stylo trepidante recaverit.) Ei vero, qui reducendus erit, ad disponendas res suas, componendosque mœstos penates, spatium coram loci Judice, aut etiam Magistratibus sufficientium dierum, non minus

(13. l. 15. infr. ad leg. Jul. de adult. l. 5. infr. de panis. (14. v. l. 1. infr. de requir. reis. (15. l. 8. infr. h. t. l. 6. §. 3. ff. ad SC. Turpill. (16. v. l. 1. infr. de curiosis. l. 1. §. 12. ff. de off. præf. urbi l. 6. infr. de dignitat. (17. v. l. 16. ff. h. t. (18. v. l. 4. supr. l. 11. §. 2. l. 16. ff. eod. adde l. 3. §. 3. ff. eod. (19. v. l. 10. supr. de iudiciis. (20. l. 15. §. 30. ff. de injur. (21. Adde l. 1. supr. de advoc. divers. iudicior. (22. v. l. 3. supr. tit. prox. (23. v. l. 7. l. 8. supr. h. t. (24. v. l. 25. & Auth Hoc jus. supr. de procur. Nov. 71. c. 1. (25. Adde l. 26. supr. de procurat. (26. v. l. 3. sup. tit. prox. (27. v. l. 3. ff. h. t. (28. Fac l. 12. supr. eod. (29. l. 2. infr. tit. prox. v. l. 3. supr. tit. prox. (30. v. l. 2. infr. tit. prox. (31. d. l. 2. l. 7. l. ult. infr. de calumn. l. 7. infr. ad leg. Jul. de vi publ. TIT. III. (1. Lib. 48. D. 3. (2. Adde l. 6. supr. de jurisdict. omn. Jud. (3. l. 5. ff. h. t. (4. Immo vide l. 1. infr. tit. prox. (5. l. 7. infr. de calumn. (6. v. l. 3. supr. qui accusar. (7. v. l. ult. supr. tit. prox.

tamen triginta tribuatur, nulla remanente apud eum, qui ad exhibendum missus est, copia nundinandi. Qui posteaquam ad iudicem venerit, adhibita advocacione, jus debet explorare questum: ac tandiu pari 8 cum accusatore fortuna retineri, donec repererit cognitio celebrata discrimen. Dat. III. Kal. Jan. Constantinop. GRATIANO V. & THEODOSIO AA. COSS. 380.

3. Imppp. VALENT. THEODOS. & ARCAD. AAA.
Drepanio Proconsuli Africæ.

Neminem (in) iudicio exhibendum esse præcipimus, nisi de cuius exhibitione iudex pronunciaverit. Dat. PP. Non. Febr. Mediolani, VALENTINIANO A. III. & NEOTHERIO COSS. 390.

T I T. IV.

DE CUSTODIA REORUM.

1. Imp. CONSTANTIUS A. ad Florentium Rationalem.

In quacumque causa reo exhibitio, siue accusator existat, siue eum publicæ sollicitudinis cura produxerit, statim debet questio fieri ut noxius puniatur, innocens absolvatur. † Quod si accusator aberit ad tempus, aut sociorum præsentia necessaria videatur: id quidem debet quam celerrime procurari. Interea vero reum exhibitum non (per) ferreas manicas, & inhaerentes ossibus mitti oportet, sed prolixiores catenas (si criminis qualitas etiam catenarum acerbiter postulat) ut & cruciatio desit, & permaneat (sub) fida custodia. Nec vero sedis intimæ tenebras pati debet inclusus, sed usurpata luce vegetari, (ac sublevari: & ubi nox geminaverit custodiam (in) vestibulis carcerum, & salubribus locis recipi: ac revertente iterum die, ad primum Solis ortum illico ad publicum lumen educi, ne poenis carceris perimatur: quod innocentibus miserum, noxiis non satis severum esse, dignoscitur. † Illud etiam observabitur, ut neque his, qui Stratorum funguntur officio, neque ministris eorum liceat crudelitatem suam accusatoribus vendere: & innocentes intra carcerum septa letho dare, aut subtractos audientia longa tabe consumere. Non enim existimationis tantum, sed etiam periculi metus iudici imminet, si aliquem ultra debitum tempus inedia 3, aut quocumque modo aliquis Stratorum exhauserit, & non statim eum, penes quem officium custodiae est, atque ejus ministros capitali poenæ subjecerit. Dat. Prid. Kal. Jul. *Heraclia*, CONSTANTINO A. VI. & CONSTANTIO C. COSS. 353.

2. Idem A. & C. ad Evagrium P. P.

Si quis in ea culpa vel crimine fuerit deprehensus, quo dignus claustris carceris, & custodiae squalore videatur, auditus apud acta, cum 4 de admisso confiterit, poenam carceris sustineat: atque ita postmodum eductus apud acta audiatur. Ita enim quasi sub publico testimonio commemoratio admitti criminis fiet, ut iudicibus immodice savientibus, freni quædam temperies adhibita videatur. Dat. III. Non. Febr. *Heraclia*, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. COSS. 354.

3. Idem A. Acindino P. P.

Quoniam unum carceris, conclave permixtos sexu criminosos includit, hac lege sancimus, ut etiam si poenæ qualitas permixtione jungenda est, sexus tamen dispares, diversa claustrorum habere tutamina jubeantur. Dat. Non. April. ACYNDINO & PROEULO COSS. 340.

In Authent. ut nul. judic. §. necessarium. col. 9.
tit. 17. al. 9. Novell. 134. cap. 9.

Hodie novo jure nullam mulierem pro pecunia fiscali, seu privata causa, aut pro crimine quolibet modo in carcerem mitti, aut includi, aut custodiri concedimus. Sed si pro fiscali aut privato debito pulsetur, per virum suum, aut quem alium legitime respon-

deat. Quod si noluerit vel respondere, vel persequi litem suam legitime in rebus suis executio procedat. Si vero tale sit crimen, ut necessitas eam custodiri: si quidem fidejussorem dare potest, ipse credatur: si vero juraverit fidejussorem dare se non posse, juratoriam cautionem præstet de iudicii observatione. Sed si crimen gravissimum sit, de quo accusatur, in monasterium vel asceterium mittatur, vel mulieribus tradatur, per quas custodiatur. Iudices autem, qui hoc non servant, si majores sint, viginti librarum auri poenam: si minores, decem solvant. Obedientes autem eis in prædictis casibus, spoliati cingulo dentur in exilium.

4. Impp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA.
ad Probum P. P.

Ad Commentariensem receptorum personarum custodia observatioque pertinet 6: nec putet hominem abjectum atque vilem objiciendum esse iudici, si reus modo aliquo fuerit elapsus 7. Nam ipsam volumus hujusmodi poenâ consumi, cui obnoxius docebitur fuisse, qui fugerit. Si vero Commentariensis necessitate aliqua procul ab officio egerit: Adjutorem ejus pari jubemus invigilare cura, & eadem statuimus legis severitate constringi. Dat. III. Kal. Jul. *Contionati*, GRATIANO A. V. & PROBO COSS. 371.

5. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.
Eutropio P. P.

De his, quos tenet carcer inclusos, id aperta definitione facimus, ut aut convictos velox poenâ subducatur, aut liberandos custodia diuturna non maceret. Jubemus autem, ut intra tricesimum diem semper Commentariensis ingerat numerum personarum, varietatem delictorum, clasorum ordines, etatemque victorum. (quod si hæc prætemiserit, officium quidem) viginti libras auri ærario nostro jubemus inferre: Iudicem vero desidem ac resupina cervice tantum titulum gerentem, extorrem impetrata fortuna, decem auri libris multandum esse censemus. Dat. III. Kal. Jan. *Constantinop.* GRATIANO V. & THEODOSIO I. AA. COSS. 380.

6. Latine Antonii Conrii.

Neminem oportet injici custodiae absque iussione magnorum Magistratum, aut locorum defensorum. §. 1. Oportet autem Episcopum 3 per quartam feriam, aut *parasceven* inquirere eos, qui sunt in custodia, quam ob causam inclusi sint: & si quidem servi sint, intra viginti dies emittere eos, vel castigatos, atque etiam dominis redditos; aut si non appareant eorum domini, solvere ipsos. Si vero liberi sint pro seditione detenti, confestim 9 judicare ipsos, vel si pro alia quacumque causa, si quidem non habeant fidejussores, & pro criminibus detinentur, excepto crimine homicidii, statim eos judicari; si vero capitale crimen sit, intra triginta dies. §. 2. Si vero majore postea dilatione necessaria existente, is, qui detinetur, non præbeat causam, committatur suæ juratoriae cautioni, si absens fuerit. Si vero cædis est causa, si quidem ex delatione publicarum 10 personarum, intra sex menses judicetur. Scientibus publicis personis, quod si mentita fuerint, se iisdem subdendospœnis. Si vero accusator, qui, se inscripsit, auctor fuit ejus detentionis, detur reus sub fidejussione: vel si non reperiat fidejussores, maneat quidem in carcere: causa autem intra annum terminetur 11 §. 3. Facta autem præsumptione, tamquam reus sit, in custodia maneat, donec causa terminetur. Si vero jam sententia lata est de inclusis, ea executioni mandetur, si ve corporalis sit, si ve pecuniaria. §. 4. In pecuniaria condemnatione potestatem habentibus cedere bonis. 12. §. 5. Episcopis momentibus Præsides, scituros se, & officium suum illaturos decem libras. §. 6. Habentibus etiam Episcopis potestatem deferendi Principi, negligentiam (hiscæ in rebus) Præsidentum.

(6. l. 2. ff. h. t. (7. v. l. 13 ff. eod. adde l. 1. sup. de serv. fugit. Nov. 53. c. 4 l. 15. sup. de probat. l. 7. §. 2. ff. de suspect. l. 28. in fin. ff. de bon. liberti (8. l. 22. §. 1. sup. de episc. aud. (9. v. l. 6. §. 9. ff. de injusto. (10. v. l. 7. l. 14. de accusat. (11. v. l. ult. inf. ut intra cert. temp. (12. v. sup. quæ bonis cedere.

(8. l. ult. sup. tit. prox.

TIT. IV. (1. Lib. 48. D. 3 (2. v. l. 8. ff. h. t. (3. Adde l. 9. sup. de episc. aud. (4. l. 2. sup. tit. prox. (5. Adde l. 1. sup. divort. fact.

TIT. V.

DE PRIVATIS I CARCERIBUS INHIBENDIS.

I. Imp. ZENO A. Basilio P. P.

Jubemus, nemini penitus licere per Alexandrinam splendidissimam civitatem, vel Ægyptiacam diocesim, aut in quibuslibet imperii nostri provinciis, vel in agris suis, aut ubicumque domi privati carceris exercere custodiam, viro Spectabili pro tempore Præfecto Augustali, & viris clarissimis omnium provinciarum Rectoribus daturis operam, semperque futuris in speculis, ut sæpe dicta nefandissimorum hominum arrogantia modis omnibus opprimatur. Nam post hanc saluberrimam constitutionem, & vir Spectabilis pro tempore Præfectus Augustalis, & quicumque provincia moderator, Majestatis crimen proculdubio incursum est, qui cognito hujusmodi scelere, læsam non vindicaverit Majestatem. † Primatibus insuper officiorum ejusdem criminis laqueis constringendis: qui simul atque noverint memoratum interdictum facinus in quocumque loco committi, proprios judices de opprimendo nefandissimo scelere non protinus curaverint instruendos, Nam illud perspicuum est, eos, qui hoc criminis genus commiserint, etiam pro veterum legum & constitutionum tenore, tamquam ipsius Majestatis violatores, ultimo subjugandos esse supplicio. Dat. Kal. Jul. Constantinop. LONGINO V. C. cos. 486.

Epitomen Græcæ constitutionis latine reddita.

Constitutio jubet privatas custodias non fieri, & eos, qui fecerint, pœnæ subjici, & tot dies manere in publico carcere, quot fuerit quis in privato ab eis inclusus, cujuscumque sint conditionis, vel dignitatis: amittere etiam eos causam, quam habent adversus inclusos, providentia Episcopi 2 & Præsidis: quod si neglexerit Præses, & bonorum, & salutis periculum sustinebit.

TIT. VI.

SI REUS 1, VEL ACCUSATOR 2 MORTUUS 3 FUERIT.

1. * Epitome ex lib. 60. βασιλ. titul. 56. cap. 1.

Si miles λειποπακτής (id est, desertor militiæ,) decesserit, solvitur 4 crimen.

2. Imp. ANTONINUS A. Eutychiano.

Et si Marcellus, qui crimine falsi postulabatur, vita functus est, ac per hoc crimen in persona ejus sit extinctum, accusatio tamen non est abolita: cum tam uxorem ejus quam te eodem crimine postulatō esse proponas, PP. VII. Kal. Oct. LETO II. & CEREALE COSS. 216.

3. Idem A. Proculo.

Si is, quem homicidii, seu cujuscumque criminis postulasti reum, vita functus est, frustra ob pœnam desertæ 5 accusationis conveniris: cum morte ejus crimen cum pœna sit extinctum, ac per hoc tibi adempta est necessitas accusationis. PP. IV. Kal. Oct. Roma, SABINO & ANULINO COSS. 217.

4. Imp. ALEXANDER A. Veronitiano.

Si (ut proponis) causa pecuniaria ad emolumentum tuum spectat, licet (Anianus,) cui falsi 6 crimen auctor tuus intendebat, vita functus sit: non prohiberis, si quis adversus te instrumentum, quod in dubium vocatur, uti cœperit, accusationem instituere. Quamvis enim in persona principalis rei morte subducti

TIT. V. (1. l. 23. sup. de episc. aud. l. 39. §. 1. ff. ad leg. Aquil. excip. l. 25. ff. ad leg. Jul. de adult. l. 224. ff. de verb. sign. (2. d. l. 23. sup. de episc. aud.)

TIT. VI. (1. l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. inf. h. t. l. 3. l. 6. ff. de publ. judic. l. 15. §. 3. 4. ff. ad SC. Turp. (2. l. ult. vers. idem observatur. inf. h. t. l. 13. ff. de publ. judic. (3. v. l. 20. ff. de accus. l. ult. ff. peculatus l. 9. in fin. ff. de jure fisci l. 4. §. 4. sup. de heret. l. 4. sup. de apostat. (4. immo vide l. 4. inf. de re milit. (5. v. l. 15. §. 3. ff. ad SC. Turpill. (6. v. l. 2. sup. h. t.)

jam subsistere non possit; tamen si quis illo uti voluerit, intelligi se periculo criminis esse subjectum. PP. VI. Kal. Jan. ALBINO & ÆMILIANO COSS. 228.

5. Imp. GORDIANUS A. Rufino.

Defunctis reis publicorum criminum, sive ipsi per se ea commiserunt, sive aliis mandaverunt, pendente accusatione, præterquam si sibi mortem consciverint, bona successoribus eorum non denegari, notissimi juris est. PP. VII. Kal. Nov. PIO & PONTIANO COSS. 239.

Si moritur accusatus, vel accusator appellatione pendente, finitur instantia etiam quoad bona.

Rufino PP.

Si quis cum capitali 7 pœna, vel deportatione damnatus esset, appellatione 8 interposita, & in suspensio constituta, fati diem functus est, crimen morte finitum est. Idem observatur, & si accusator 9 pendente appellationis tempore ultimum diem obiisset. Sin autem relegationis pœnam sustinuit, & in parte bonorum damnatus appellatione usus est, etiam post mortem ejus nihilominus appellationis ratio examinabitur: cum desideretur, utrum valeat, necne particularis publicatio. PP. VI. Kal. Aug. GORDIANO & AVIOLA COSS. 240.

TIT. VII.

SI I QUIS IMPERATORI MALEDIXERIT.

I. Imp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino PP.

6. Idem A. Juliano.

Si quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus, improbo, petulantique maledicto nomina nostra crediderit laceffenda, ac temulentia 2 turbulentus obtrektor temporum (nostrorum) fuerit eum pœnæ nolumus subjugari, neque durum aliquid nec asperum (volumus) sustinere: quoniam si id ex levitate processerit, contemnendum est: si ex insaniam 3, miseratione dignissimum: si ab injuria, remittendum. 4 Unde, integris omnibus, hoc ad nostram scientiam referatur, ut ex personis hominum dicta pensemus, & utrum prætermitti, an exquiri debeant, censeamus. Dat. VI. Id. Aug. Constantinop. THEODOSIO A. & ABUNDANTIO COSS. 393.

TIT. VIII.

AD LEGEM JULIAM MAJESTATIS. I

Si Judex contra constitutiones pronunciaffe dicitur.

1. Idem ALEXAND. A. Paulino.

Etiam ex aliis causis Majestatis crimina cessant meo seculo: ne dum etiam admittam te paratum accusare Judicem propterea, 2 crimine Majestatis, quod contra constitutionem meam (eum) dicit pronunciaffe. PP. III. Id. Apr. MAXIMO II. & JULIANO COSS. 222. De jurejurando.

2. Idem A. Faustiano.

Alienam sectæ meæ sollicitudinem concepisti, quasi crimen Majestatis sustineres, si sermo tuo iratus 3 (esse) non perseveres, quod semper te facturum inconsulte juraveras. 4. PP. III. Non. Febr. JULIANO II. & CRISPINO COSS. 225.

Si crimen probeatur.

3. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum P. U.

Si quis alicui Majestatis crimen intenderit, cum in hujusmodi re convictus, minime quisquam privilegio 5 dignitatis alicujus a strictiore inquisitione defendatur: sciat se quoque tormentis esse subdendum, si aliis manifestis indicis accusationem suam non poterit comprobare, cum eo, qui hujusmodi esse temeritatis (reos) apprehenditur. † Illum quoque tormentis subdi oportet, cujus

(7. Adde l. 2. sup. qui testam. facere. (8. v. l. 3. sup. si pendente appell. (9. l. 3. in fin. ff. de accus. l. 10. ff. ad SC. Turpill. Adde l. 10. sup. de inof. ficiofo.)

TIT. VII. (1. v. l. 7. §. 3. ff. ad l. Jul. majest. (2. Adde l. 12. in fin. pr. ff. de custod. l. 11. §. 2. ff. de pœnis l. 6. §. 7. ff. de re militari. (3. v. l. 13. ff. de offic. præs. (4. Fac l. 2. sup. de reb. cred.)

TIT. VIII. (1. Lib. 48. D. 4. (2. v. l. ult. inf. ad leg. Jul. repetund. l. 1. §. 3. ff. de lege Corn. de falsis. (3. v. l. 48. ff. de reg. jur. (4. Fac l. 2. sup. de reb. cred. (5. l. 4. in fin. inf. h. t. l. 36. inf. l. 10. §. 1. ff. de questionib.)

consilio atque instinctu ad accusationem accessisse videbitur, ut ab omnibus commissi consilii instituta vindicta possit reportari. PP. Kal. Jan. VOLUS. & ANNIANO COSS. 314.

De tormentis.

4. Imppp. VALENT. VALENS & GAETIANUS AAA. ad Olybrium P. U.

Nullus omnino, cui inconsultis, ac nescientibus nobis fiduciarum tormenta inferuntur, militis vel generis, aut dignitatis defensione uti prohibeatur: excepta tantum majestatis causa, in qua sola omnibus aequa conditio est. Dat. VIII. Idib. Jul. VALENT. N. P. & VICTORE COSS. 369.

Quibus modis hic crimen admittitur, & de ejus poena. 1. De filiis damnatorum. 2. De his, qui pro illis supplicant. 3. De filiabus damnatorum. 4. De emancipatione, & rerum alienatione.

5. De uxoris damnatorum. 6. De satellitibus, consiliis, ministris, filiisque eorum. 7. De eo, qui conjurationem patefecit.

5. Imp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano PP.

Quisquis cum militibus, vel privatis, vel barbaris scelestam inierit factionem, aut factionis ipsius susceperit sacramentum, vel dederit, de nece etiam virorum illustrium, qui consiliis, & consistorio nostro interfunt, Senatorum etiam (nam & ipsi pars 7 corporis nostri sunt,) vel cujuslibet postremo, qui nobis militat, cogitaverit: (eadem enim severitate voluntatem sceletis, qua effectum puniri jura voluerunt) ipse quidem, utpote majestatis reus, gladio feriatur, bonis ejus omnibus 9 fisco nostro addictis. §. 1. Filii 10 vero ejus, quibus vitam Imperatoria specialiter lenitate concedimus, (paterno enim debent 11 perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hereditarii criminis exempla metuuntur) a materna, vel avita, omnium 12 etiam proximorum hereditate, ac successione habeantur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetuo egestes, & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos profusus honores, ad nulla sacramenta perveniant: sint postremo tales, ut his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita supplicium. §. 2. Denique jubemus etiam eos notabiles esse sine venia, qui pro talibus unquam apud nos intervenire tentaverint. §. 3. Ad filias sane eorum, quolibet numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris, siue testata, siue intestata decesserit, volumus pervenire, ut habeant mediocre potius filiarum alimoniam, quam integrum emolumentum, ac nomen heredis. Mitior 13 enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse confidimus. §. 4. Emancipationes 14 (quoque,) quae a praedictis siue in filios, post legem dumtaxat latam, siue in filias fuerint collatae, non valeant. Dotes, donationes 15, quarumlibet postremo rerum alienationes, quas ex eo tempore qualibet fraude, vel jure factas esse constituerit quo primum memorati de ineunda factione ac societate cogitaverint, nullius statuimus esse momenti. §. 5. Uxoribus sane praedictorum recuperata dote, si in ea conditione fuerint, ut quae a viris titulo donationis acceperunt, filiis debeant reservare: tempore, quo usufructus absumitur, omnia ea fisco nostro se relicturas esse cognoscant, quae juxta legem filiis debebantur: (&) Falcidia ex his etiam rebus filiabus tantum, non etiam filiis deputata (videatur.) §. 6. Id, quod de praedictis eorum (quae) filiis cavimus, etiam de satellitibus consiliis, ac ministris, filiisque eorum simili severitate censemus. §. 7. Sane si quis in exordio initae factionis, studio verax laudis accensus, initam prodiderit 16 factionem, & praemio, & honore a nobis donabitur. Is vero, qui usus fuerit factione, si vel sero (incognita tamen adhuc) consiliorum arcana patefecerit, absolutione tantum, ac venia dignus habeatur. Dat. Prid. Non. Sept. Ancyra, CAESARIO & ATTICO COSS. 397.

† In libro Auredani sic in margine notatur: Ante has leges legitur a Bulgaro Graeca constitutio. Sed alii non habent: quia Graeca est. Sed ne quid Codici deesset, quod ad ejus restitutionem pertineret, adjiciendum existimavi legem ultimam ejusdem tituli βασιλικών, ut eam edidit, & interpretatus est Cujacius.

(6. d. l. 16. (7. Adde l. 8. infr. de dignitat. (8. l. 3. ff. h. t. §. 3. Inst. de publ. judic. (9. Adde l. ult. infr. h. t. l. ult. infr. de bon. proscript. (10. Adde §. 5. infr. h. l. (11. v. l. 26. ff. de poenis. (12. Immo vide l. 9. ff. h. t. (13. v. l. 6. in pr. ff. ad leg. Jul. peculat. (14. l. 6. §. 1. l. ult. in fin. pr. infr. h. t. (15. l. 31. in fin. ff. de donationib. (16. Excip. l. ult. sup. de accus.

De morte rei. 1. De alienatione, & manumissione.

2. *De servis in dominum torquendis.*

3. *De morte rei.*

6. * Ex lib. 60. Basilic. tit. 36.

Majestatis rei etiam post 17 mortem tenentur, & confiscatur eorum substantia: & post mortem hoc crimen moveri incipit, & memoria defuncti damnatur, & res ejus heredibus auferuntur; nam ex eo tempore, quo hanc cogitationem subiit, propter cogitationem dignus est poena. §. 1. Qui vero incidit in hoc crimen, neque 18 vendere potest, neque manumittere, neque ullo modo alienare, nec recte ei solvit debitor. §. 2. Sed & servi 19 in eum torquentur. §. 3. Et mortuo res ejus servantur, quia existente herede agi oportet.

De morte rei. 1. De servis in dominum torquendis.

7. Paulus libro singulari de publicis judiciis.

Meminisse oportebit, si quid contra majestatem imperatoris, commissum dicatur, etiam 20 post rei mortem id crimen instaurari solere, posteaquam D. Marcus Drunciani, utpote Senatoris, qui Cassiani furoris socius fuerat, bona post mortem fisco vindicari iussit: & nostro tempore multis heredibus ablata sunt. §. 1. In hoc item crimine, quod ad laesam majestatem Imperatoris pertinet, etiam 21 in caput domini servi torquentur.

De morte rei. 1. De servis in dominum torquendis. 2. De morte rei.

8. Marcianus de publicis judic. ad legem

Juliam Majestatis.

Post D. Marci constitutionem hoc jure uti coepimus, ut etiam 22 post mortem nocentium hoc crimen inchoari possit, ut convicto mortuo memoria ejus damnetur, & ejus bona successoribus ejus eripiantur: nam ex quo sceleratissimum quis consilium cepit, exinde quodammodo sua mente punitus est. Sic & Divi Severus, & Antoninus constituerunt, ex quo quis tale crimen contraxit, neque alienare 23, neque manumittere eum posse: nec ei solvere 24 jure debitorem, magnus (etiam) Antoninus rescripsit. §. 1. In hac causa in 25 caput domini servi torquentur, id est, propter causam majestatis. §. 2. Et si decesserit quis: propter incertam personam successoribus bona observantur, si in causa majestatis fuisse mortuus arguatur: ut Severus, & Antoninus literis ad Rationales 26 missis rescripserunt. Dat. 111. Non. Mart.

TIT. IX.

AD LEGEM JULIAM DE ADULTERIIS I, ET STUPRO. 2

An mulieres accusare possint.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Cassia.

Publico judicio non habere mulieres 3 adulterii accusationem, quamvis de matrimonio suo violato queri velint, lex Julia declarat: quae cum masculis jure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem feminis privilegium detulit. PP. XIII. Kalend. August. LATERANO & RUFINO COSS. 198.

De lenocinio.

2. Idem AA. Cyro.

Crimen lenocinii contrahunt, qui deprehensam in adulterio uxorem in matrimonio retinuerunt 4, non qui suspectam 5 adulteram habuerunt. PP. Kal. Jul. ANUL. & FRONTONE COSS. 200.

De servis torquendis.

3. Imp. ANTONINUS. A. Juliano.

Non solum (verba) legis Juliae de adulteriis coercendis, sed etiam sententia, per quaestionem quoque servorum, siue ancillarum crimen admissum probare volentis, ad earum tantum personarum servos 6 ei rei exhibendos pertinet, de quibus specialiter compre-

(17. l. 7. in pr. l. ult. in pr. infr. l. ult. ff. h. t. l. 6. §. 11. ff. de injusto l. 1. §. 3. ff. de suis. §. 5. Inst. de heredit. qua ab intest. (18. l. 5. §. 4. supr. h. t. (19. l. 7. in fin. l. ult. §. 1. infr. eod. (20. l. 6. in pr. & fin. supr. eod. (21. d. l. 6. §. 2. l. 1. infr. de quaestionib. (22. l. 6. in pr. supr. h. t. (23. l. 5. §. 4. supr. eod. (24. Vide tamen l. 41. ff. de solutionib. l. 46. ff. de jure fisci. (25. l. 6. §. 2. supr. h. t. (26. v. l. ult. supr. de advoc. fisci.
TIT. IX. (1. Lib. 48. D. 5. §. 4. Inst. de publ. judic. (2. v. l. 101. ff. de verb. signif. (3. Vide tamen Nov. 134. (4. l. 2. §. 2. in fin. l. 29. in pr. ff. h. t. (5. v. l. 26. ff. eod. l. 34. ff. de ritu nupt. (6. l. 12. §. 1. ff. qui & a quibus manumiss.

hendit, id est, mulieris, & patris ejus, non naturalis, sed justidumtaxat, quos intra sexagesimum 7 diem ex dissolutione matrimonii numerandum, manumitti vel distrahi prohibet: & quorum dominis caveri præcipit, si defuncti fuerint in quæstione, vel facti deteriores, secuta absolute. PP. xv. Kal. August. ANTON. A. 1v. & BALB. COSS. 214.

De adultero occiso.

4. Imp. ALEXANDER A. Juliano procons. Narbon. provinciæ.

Græchus, quem Numerius in adulterio 8 noctu deprehensum interfecit, si 9 ejus conditionis fuit, ut per legem Juliam impune occidi potuerit: quod legitime 10 factum est, nullam pœnam meretur. Idemque filiis ejus, qui 11 patri paruerunt, præstandum est. Sed si legis auctoritate cessante, inconsulto 12 dolore adulterum interemit, quamvis homicidium perpetratum sit, tamen quia & nox, & dolor justus factum ejus relevat, potest in exilium dari. PP. sine die & Consule.

De quinquennii præscriptione.

5. Idem A. Vadanti.

Adulter post 13 quinquennium, quam commissum adulterium dicitur, (quod continuum numeratur.) accusari non potest: easque præscriptiones legibus reo datas auferri non oportet. PP. Id. Jun. MAXIMO 11. & AELIANO COSS. 224.

De marito accusante adulterii.

6. Idem A. Sebastiano.

Jure mariti adulterii accusare volenti, sexaginta 14 dies, utiles 15 computantur: quibus in publico ejus facultas fuerit, apud quem reus, vel rea postulari potest; & cum præterierint dies isti utiles, maritus quoque jure extranei agere potest. Et qui confidit accusationi, calumniæ 16 notam timere non debet: nam ad probationem sceleris Divi Parentes mei quæstionem de mancipiis eodem modo haberi permiserunt, quasi jure mariti ageretur. PP. 11. Id. Aug. MAXIMO 11. & AELIANO COSS. 224.

De virgine violata.

7. Idem A. Herculano.

Propter violatam virginem adultam, qui postea maritus esse cepit, accusator justus non est, & ideo jure mariti crimen exercere non potest, nisi puella violata 17 sponsa ejus fuerat. Sed si ipsa injurias suas adstantibus curatoribus 18, per quos etiam negotia ejus gerenda sunt, persequatur: Præses provinciæ pro debita tanto delicto (si probetur) severitate examinabit. PP. 11. Kal. Jul. MAXIMO 11. & AELIANO COSS. 224.

Ne eodem tempore adulter & adultera accusentur.

8. Idem A. Domno.

Reos adulterii 19 duos 20 simul marem & feminam ex eadem causa fieri, lex Julia de pudicitia vetat: sed ordine peragi utroque licet. PP. Id. Jun. JULIAN. 11. & CRISPINO COSS. 225.

De lenocinio.

9. Idem A. Proculo.

Castitati temporum meorum convenit, lege Julia de pudicitia damnatam in pœnis legitimis 21 perseverare. † Qui autem adulterii damnatam, si quocumque modo pœnam capitalem evaserit, sciens duxerit 22 uxorem (vel reduxerit (22),) eadem lege ex causa lenocinii punietur. PP. vii. Kal. Februar. JULIANO 11. & CRISPINO COSS. 225.

De pactis, de pravaricatione, de pretio pro comperto stupro accepto.

10. Idem A. Demetrianus.

De crimine adulterii pacisci 23 non licet: & par delictum est accusatoris, pravaricatoris, & defugientis veritatis inquisitionem. † Qui autem pretium 24 pro comperto stupro accepit, pœna legis Juliæ de adulteriis tenetur. PP. v. Non. Maji, FUSCO & DEXTRO COSS. 226.

(7.v.l.6.infr.h.t. (8.Fac.l.10.§.1.ff.soluto matrim. (9.l.24.ff.h.t. (10.v.l.151.ff.de reg.juris.fac.l.25.sup.de administ. tut. (11.v.l.4.ff.de reg.jur. (12.v.l.38.§.8.ff.h.t. (13.l.28.infr.l.29.§.7.ff.eod. (14.l.3.supr.l.11.§.6.l.14.§.2.ff.eod.l.37.§.1.ff.de minor. (15.l.10.ff.de divers.temp.praeser. (16.v.l.15.§.2.ff.ad SC.Turpill. (17.v.l.11.§.7.l.13.§.3.§.6.& fin.ff.l.30.versic. extraneos infr. h.t. (18.l.4.supr.de auct.praeser. (19.v.l.7.in fin.ff.h.t. (20.l.15.in fin.l.39.§.6.l.32.in fin.ff.eod. (21.v.l.30.infr.eod. (22.l.29.§.1.ff.eod.l.37.circa fin. ff.de minor. (22.l.33.§.1.ff.h.t. (23.l.18.supr.de transact. (24.l.29.§.2.ff.h.t.l.5.de condit. ob turp. l.37.in fin.ff.de minorib. l.8.pr.ff. quod mes.caussa.

An maritus retentam in matrimonio accusare possit.

11. Idem A. Narvano.

Crimen adulterii maritum retenta in matrimonio uxore inferre non 25 posse, nemini dubium est. PP. Kal. Sept. ALEXAN. 11. & MARCELLO COSS. 227.

In AUTHENT. ur lic. matri & avix. §. quia vero plurimas. col. 8. tit. ult. Novell. 117. cap. 8.

Sed novo iure potest: & si accusatio vera esse ostendatur, tunc repudium mittere debet, & in scriptis eam accusare debet. Si vero illam adulterii accusationem maritus non probaverit, illis subiciatur suppliciiis, quæ esset passura mulier, si accusatio comprobata fuisset. An sententia lata contra adulterum noceat adultera.

12. Idem A. Basso.

Et si 26 crimine adulterii damnatus restitutus non esset, ut proponis, si tamen soror tua, cum qua adulterium commissum dicebatur non est accusata: nec pœnæ, nec infamiæ subijci potuit, & multo magis, cum & accusatorem vita esse functum proponas. PP. Kal. Jul. SAB. 11. & VENUSTO COSS. 241.

De absente.

13. Idem A. Sylvano.

Adulteram, si, posteaquam 27 crimen contra eam inchoatum est, provinciam excesserit, etiam absentem 28 inter reos recipi posse, explorati juris est. PP. Non. Mart. ATTICO & PRÆTEXTATO COSS. 243.

De foro competente. De ea, quæ post adulterium nupsit.

14. Imp. GORDIANUS A. Aquiliæ.

Si, dum in tuo matrimonio uxor tua esset, se adulterio polluit, in ea 29 provincia, in qua id (ipsum) factum est adulterium, more solito persequi debes. Nec enim ab ea 30, quæ jam nupta & adulterium passa est, exordium accusationis sumi potest, si 31 denuntiatio criminis nuptias non præcessit. PP. Non. Decembr. GORDIANO A. & AVIOLA COSS. 240.

De absente. De milite.

15. Idem A. Hilatino militi.

Si quondam uxor tua, antequam 32 crimine adulterii accusaretur, provinciam excessit, neque absens accusari potest (32), neque in eam 33 provinciam, in qua stipendium facis, transmitti jure deposcitur. Sane cum per occupationem militarem non licuerit accusare eam, solemniter poteris. Nec enim tempus, quo muneribus militaribus occuparis 34, vindictam tibi, quam maritali dolore percussus deposcis, debet auferre. PP. 1v. Id. Mart. ATTICO & PRÆTEXTATO COSS. 243.

In AUTHENT. ut nulli jud. §. Si vero quis col. 9.

tit. 17. al. 1. Novell. 134. cap. 3.

Si vero criminis commissi occasione latuerit, aut provinciam illam reliquerit, in qua deliquit: jubemus legitimis edictis a Iudice vocari eum, & si non audiat, illa in eum procedere, quæ nostris legibus sunt definita. Si vero cognoscatur, quod in alia provincia degat, jubemus provinciæ illius judicem, in qua crimen commissum est, epistola publica uti ad provinciæ illius judicem, in qua delinquens degit. Ille vero, qui publicas susceperit literas, periculo suo, & Officii sui comprehendet eum, & ad Judicem provinciæ transmittet, in qua peccavit, suppliciiis legitimis subijciendum. Si vero, qui publicam epistolam susceperit, hoc facere, aut Officium ejus imperata neglexerit, tunc & ipsum Judicem tres libras auri, & officium ejus alias tres pro pœna inferre jubemus. Sin autem Judex, aut aliquis Officialium suorum propter lucrum eum non comprehenderit, aut comprehendens non transmiserit, qui hoc fecisse convincatur, spoliatur cingulo, & exilio tradatur.

Si maritus desistat.

16. Imp. VALER. & GALLIEN. AA. Archesilao.

Abolitionem adulterii criminis postulans, Præsidem 35, in cuius officio accusatio fuerit instituta, adire debes. Ceterum erras, tu marite, existimans etiam si simpliciter, id est, sine abolitione destitisses 36, Senatusconsulto 37 in persona tua futurum locum non fuisse: diversum enim Divi Principes sæpe sanxerunt. Quin hoc amplius scias, nullam fuisse tibi ulterius potestatem instituendi hujusmodi accusationes: quia & decreto Patrum, (&) lege Petronia ei, qui jure viri delatum adulterium non peregit, nun-

(25.l.11.§.10.l.26 ff.h.t.v.Auth. prox. infr. (26.l.17.§.6. ff. h. t. (27.l.15.infr.eod. (28.l.11.§.2. ff.eod. (29.v.l.1. supr. ubi de crimin. adde l.15. infr. h.t. (30 immo vide l.5. ff. eod. (31.l.16. & l. 17. in pr. & §.6. ff. eod. (32.l.13. sup. eod. (32.) l.6. sup. de accus. (33.v. l.14. sup. h.t. (34.l.21. infr. eod. (35.v.l.2. infr. de abolition. (36.l.2. §.1. ff. h. t. (37.l.14. in fin. ff. eod. l.3. in fin. ff. de pravarication.

quam postea hoc crimen deferre permittitur. PP. xv. Kal. Jun. MAXIMO & GLABRIONE coss. 257.

De lenocinio.

17. Iidem AA. Victorino.

Sine metu legis Juliae de adulteriis coercendis revocare uxorem in matrimonium potes: cum nihil 38 amplius, quam libellos accusationis obtulisti: quia postea comperisse te affirmas, quod vana indignatione ad accusationem incitatus fueris. Is enim committit in poenam quam lex certo capite denunciat, qui vel publice adulterio damnatam habet; vel adulteram sciens 39, ut ignorantiam simulare non possit, retinet uxorem. PP. vi. Kal. Aug. ip[s]is AA. iv. & iii. coss. 258.

De polygamia.

18. Iidem AA. & VALERIANUS C. Theodorz.

Eum, qui duas 40 simul habuit uxores, sine dubitatione committatur infamia. In ea namque re non juris effectus, quo cives nostri matrimonia contrahere plura prohibentur, sed animi 41 destinatio cogitatur. Veruntamen ei, qui te ficto 42 coelibatu, cum aliam matremfamilias in provincia reliquisset, sollicitavit ad nuptias: etiam crimen stupri, a quo tu remota es, quod uxorem te esse credebas, ab accusatore legitimo solemniter inferetur. Ceterum res tuas omnes, quas ab eo interceptas matrimonii simulatione deploras, restitui tibi omni exactionis instantia impetrabis a Rectore provinciae: nam ea quidem, quae se tibi, ut 43 sponsa daturum promisit, quomodo repetere cum effectu potes, quasi sponsa? Accepta Id. Maji, Antiochia, TUSCO & BASSO coss. 259.

De absent.

19. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. ad Pompejanum.

Quamvis indubitati juris sit, quoties adulterii crimen intenditur, praesentiam accusatoris praecedere oportere 44: tamen quoniam ex literis tuis cognovimus Materiam Propositi viatoris uxorem habitis quaestionibus, cum Juliano quodam adulterium commississe, detectam sub ipsa prolatione sententiae, Viatoris ipsius praesentiam postulasse, non putavimus confecto pene iudicio, facinore etiam agitata quaestione convicto, Propositum ab excubiis limitatis revocandum. Dat. S. non. Dec. AA. coss.

De stupro.

20. Iidem AA. & CC. Didymo.

Foedissimam earum nequitiam, quae pudorem suum alienis libidinibus prosternunt, non etiam earum, quae per vim 45 stupro compressae sunt, irreprehensibiles voluntate, leges ulciscuntur: quin etiam inviolatae existimationis esse, nec nuptias earum aliis interdici, merito placuit. PP. iiii. Non. Oct. ip[s]is iv. & iii. AA. coss. 290.

De eo, qui per occupationem publicas accusationes instituere non potuit.

21. Iidem AA. & CC. Silano.

Ob commissis adulteria, atque accusandas uxores, certa tempora, quae utiliter 46 computari solent, praescripta sunt. Si igitur per occupationes publicas accusationem instituere non potuisti, nec ante creditum tibi munus praescripta tempora transacta sunt: post depositam sollicitudinem, qua detineris, integram accusandi potestatem habebis: ad quam cum vacare coeperis, properare debebis: nec effrenata licentia ad terrendam adversariam futuram accusationis speciem praetendas. PP. xiv. Kal. Nov. ip[s]is iv. & iii. AA. coss. 290.

De meretrice.

22. Iidem AA. & CC. Oblimosi.

Si ea, quae stupro tibi cognita est, & passim 47 venalem formam exhibuit, ac prostitutam meretricio more vulgo se praebuit: adulterii crimen in ea cessat. PP. xii. Kal. Nov. ip[s]is iv. & iii. AA. coss. 290.

De servis. 1. De pecunia data ad redimendam litis vexationem, vel captandam impunitatem.

23. Iidem AA. & CC. Proculo.

Servi 48 ob violatum contubernium (suum) adulterii crimine accusari non possunt. §. 1. Is autem, qui post diffociatum matrimonium uxorem licito jure duxit, obque intentatae accusationis,

ac potentis patrocinii metum, ei, qui accusationem instituerat, aurum & argentum dedit, ad recipiendum id, ulciscendamque turpis lucri cupiditatem, adire Praesidem potest, qui examinatis (partium) allegationibus, & inquisita fide veri, si quidem id ab eo, qui innocens est, ob illati criminis timorem, datum esse cognoverit: quemadmodum sententiam formare debeat, ex evidentibus juris placitis instruetur. Sin vero constiterit corrupti matrimonii velut mercedem ad captandam impunitatem solutam (pecuniam) esse: eum, qui etiam adversus Senatusconsulti censuram cum foedissimo flagitio accepit, puniri jubebit. PP. Kal. Nov. ip[s]is iv. & iii. AA. coss. 290.

De injusto contubernio.

24. Iidem AA. & CC. Dionysio.

Si ejus, a quo nunc adulterii rea postularis, contra juris formam contubernio 49 haesisti, innumeris auctoritatibus te tuesi potes.

De existimatione.

25. Iidem AA. & CC. Soffiano.

Et si libidine intemperata cupiditatis ex actorum lectione exarsisse te, cognitum est: tamen cum ancillas compressisse, 50 & non liberas stuprasse detectum sit, ex hujusmodi sententia gravatam potius opinionem tuam, quam infamia afflictam esse, manifestum est. PP. v. Id. Martii, TIBERIANO & DIONE coss. 290.

Si de statu accusati dubitetur.

26. Iidem AA. & CC. Crispino.

Quoniam Alexandrum, qui in crimen vocatur, etiam praescriptionem esse pollicitum eo nomine, quod accusator uxorem post deprehensum adulterium penes se habuisse videatur, & de statu suo agere nunc velle perspeximus: ita ordo 51 quaestionis dirimendus videtur, ut in primis 52 quidem de statu Alexandri quaeratur: ita ut si liberum eum esse adhibita audientia deprehenderit, praescriptionis ei objicienda facias 53 potestatem. Sin vero eundem esse servum 54 cognoveris, remotis praescriptionis impedimentis, in adulterum crimen protinus debebis inquirere: ac si eum detectum in eo flagitio esse perspexeris, poenam decernere, quam in adulterii crimen legum sanctio statuit. Dat. v. Kal. Sept. AA. coss.

De nuptiis inter adulteros.

27. Iidem AA. & CC. Phaebo.

Commisum antea adulterium cum eo, cui se postea nuptiis sociavit, velamento matrimonii non extinguitur. PP. xviii. Kal. Jan. CC. coss.

De exceptione temporis, lenocinii, & ordinis.

28. Iidem AA. & CC. Concordio Praecon. Numidia.

Ita nobis cordi pudor est, ut removeamus prisca juris ambages, & constituamus in adulterii quaestione, abolitis de medio ceteris praescriptionibus, praeter quinquennii 55 temporis, & lenocinii 56, quod marito objicitur, exceptionem, illam etiam, quae post solum prius matrimonium ante denunciationem 57 nuptiae competit, fidem criminis nosci. Indignum est enim, ut ultionem pudoris praestigia versuti juris excludant. PP. Kal. Jun. TUSCO & ANULINO coss. 295.

De domina cauponae vel famula.

29. Imp. CONSTANTINUS A. Africano.

Quae adulterium commisit, utrum domina cauponae an minima fuerit, requiri debet, & ita obsequio famulata servili, 58 ut plerumque ipsa intemperantiae vina praebuerit: ut si 59 domina tabernae fuerit, non sit a vinculis juris excepta: Si vero potantibus ministerium 60 praebuerit, pro vilitate ejus, quae in reatum deducitur, accusatione exclusa, liberi, qui accusantur, abscedant: cum ab his feminis pudicitiae ratio requiratur, quae juris nexibus detinentur, & matrisfamilias 61 nomen obtinent. Haec autem immunes a judiciaria severitate, (& stupri & adulterii) praesentur, quas vitae vilitas dignas legum observatione non credit. Supra scripta. Dat. iiii. Non. Februarii, Heracliae, CONSTANTINO A. vii. & CONSTANTIO C. coss. 326.

(38. v. l. 5. ff. ad SC. Turpill. (39. l. 11. in fin. ff. h. t. l. 86. ff. de ritu nupt. (40. v. l. 2. supr. de incestis, l. 1. in fin. ff. de his qui notant. §. 6. 7. Inst. de nuptiis, l. 7. supr. de Judais. (41. v. l. pen. ff. de concub. (42. l. 5. supr. de donat. ante nupt. (43. l. 32. §. pen. ff. de donat. inter vir. (44. l. ult. supr. de accus. (45. l. 13. §. 7. l. 39. ff. h. t. (46. l. 4. 15. in fin. sup. l. 11. §. l. 5. ff. eod. (47. l. 29. in fin. infr. l. 13. §. 2. ff. eod. (48. l. 24. infr. eod. v. l. 6. ff. eod. adde l. 13. §. 1. ff. eod.

(49. v. l. 23. supr. eod. (50. l. 29. in fin. infr. l. 6. ff. eod. l. 25. ff. de injur. (51. v. l. 1. supr. de ord. cognit. l. 1. supr. de offic. rect. provinc. (52. v. l. 8. infr. ad leg. Fab. (53. Immo videl. l. 2. §. 7. ff. h. t. (54. l. 5. 12. §. 3. ff. de accusat. (55. v. l. 5. supr. h. t. (56. v. l. 2. §. 4. ff. eod. l. 39. in fin. l. 47. ff. soluto matrim. (57. l. 14. supr. h. t. (58. l. 25. supr. eod. (59. Adde l. 47. ff. de ritu nupt. (60. d. l. 25. (61. l. 46. §. 1. ff. de verb. sign.

De accusatoribus. Pœna adulterii.

30. Idem A, ad Evagrium.

Quamvis adulterii crimen inter publica referatur, quorum delatio in commune omnibus sine aliqua legis interpretatione conceditur: tamen ne volentibus temere liceat scœdare connubia, proximis, necessariisque personis solummodo placet deferri copiam accusandi, hoc est patri, fratri, necnon patruo, & avunculo, quos verus dolor ad accusationem impellit. Sed etiam his personis legem imponimus, ut crimen abolitione 62 (si voluerint) competant. † In primis 63 maritum genialis tori vindicem esse oportet cui quidem & ex suspicione 64 ream conjugem facere licet: vel eam, si tantum suspicatur, penes se retinere non prohibetur: nec inscriptionis 65 vinculo contineri, cum jure mariti accusaret, veteres retro Principes annuerunt. † Extraneos autem procul arceri ab accusatione censemus: nam etsi omne genus accusationis necessitas inscriptionis adstringat, nonnulli tamen proterve id faciunt, & falsis contumeliis matrimonia deformant. §. 1. Sacrilegos autem nuptiarum gladio 66 puniri oportet. PP. *Nicomedia*, VII. Kal. Maji, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. (IV.) COSS. 326.

In AUTHENT. ut nulli jud. §. Si vero quando.

col. 9. tit. 17. al. 9. Nov. 134. c. 10.

Sed hodie 67 adultera verberata in monasterium mittatur: quam intra biennium viro recipere licet. Biennio transacto, vel viro, priusquam reduceret ream, mortuo: adultera tonsa monastico habitu suscepto, ibi dum vivit, permaneat: duabus partibus propria substantia liberis, si habet, applicandis: tertia monasterio. Sed si liberos non habet, parentibus extantibus, hujusmodi iniquitati non consentientibus, tertia pars applicabitur: dua monasterio, quibus predictis non extantibus, omnis ejus substantia monasterio quaeretur, patris dotalium instrumentorum in omni casu viro servandis.

In AUTHENT. ut lic. mat. & avia, §. his quoque,

col. 8. tit. ult. Nov. 117. cap. 15.

Si quis ei, quem suspectum habet de sua uxore, ter in scriptis denunciaverit sub presentia trium testium fide dignorum, & post invenerit eum convenientem uxori suæ in domo sua, vel uxoris, vel adulteri, vel in popinis, aut in suburbanis: sine periculo eum perimat. 68 Si alibi inveniatur, tribus testibus convocatis tradat eum judici: qui nulla alia ratione quaesita habet puniendi licentiam. Si tamen in sacro oratorio colloqui inveniatur, post tres, ut dictum est, denunciations: liceat marito utrasque personas defensori ecclesie tradere, aut aliis clericis, ut ad eorum periculum divisim isti serventur, donec judex cognoscens hoc, mittat episcopo civitatis, quatenus ei isti tradantur, ut debeant subire tormentum, ut nunciatur per eum ad Praesidem provinciae, qui secundum leges pœnam imponat legitimam.

De venere mascula.

31. Imp. CONSTANT. & CONSTANS AA.

ad Populum.

Cum 69 vir nubit, in feminam viris porrecturam, quid cupiatur, ubi sexus perdidit locum? ubi scelus est id, quod non proficit scire? ubi Venus mutatur in alteram formam? ubi amor quaeritur, nec videtur? jubemus insurgere leges, armari jura gladio ultore, ut exquisitis pœnis subdantur infames, qui sunt, vel qui futuri sunt rei. PP. *Romæ*, XVII. Kal. Jan. CONST. VIII. & CONSTANCE C. IV. COSS. 326.

De servis torquendis.

32. Imp. GRAT. VALENT. THEOD. & ARCAD.

AAAA. Cynegio PP.

In adulterii quaestione ab omni 70 familia non solum mariti, sed etiam uxoris, (quæ 71 tamen tunc temporis domi fuerit, quo adulterium dicatur admissum) quaerendum est sine defensione cujusquam. Dat. 111. Id. Dec. *Constantinop.* ARCAD. A. I. & BAUTONE COSS. 385.

De repetitione dotis, vel alterius debiti.

33. Imp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA.

Rufino PP.

Adulterii accusatione proposita, praescriptiones civiles, quibus aut dos repeti fingitur, aut ex ratione alia debitum flagitatur

quæ occurrere, atque perstreperere examini consueverunt, jussimur sequestrari, nec 72 earum obice aliquid negotio tarditatis afferri: sed accusatione fundata, hoc est, cum constiterit, quo jure, id est, maritane, an extranei, (quove) tempore accusatio fuerit intromissa: discutiatur crimen, facti qualitas publicetur; cum & jurgia, quæ magnitudine superantur, & civilis actio criminali jure postponatur; idem tamen, cum competere coeperit, habitura momenti, dum modo non obsit (huic) examini. Dat. VII. Id. Dec. *Constantinop.* ARCAD. A. II. & RUFINO COSS. 392.

De nuptiis inter accusatos secutis.

34. Idem AAA. Rufino PP.

Si qui adulterii fuerint accusati, & obtentu proximitatis 73 intentata depulerint, per commemorationem necessitudinis crimini fidem derogando, dum existimatur non debere credi, quod allegatur, vel non potuisse committi: hi si postmodum in nuptias suas, consortiumque convenerint, facinus illud, (in) quo fuerint accusati, manifesta fide, atque indicibus 74 evidentibus publicabunt. Unde si qui ejusmodi reperti fuerint, jussimus in eosdem severissime vindicari, & veluti convictum facinus, confessumque puniri. Dat. 11. Non. Dec. *Constantinop.* THEODOSIO A. III. & ABUNDANTIO COSS. 393.

De divortio.

35. Imp. HONOR. & THEODOSIUS AA. Palladio PP.

Si mulier repudii oblatione sine ulla legitima causa a se dati discesserit; ne viduitatem stupri procacitate commaculet: accusationem repudiato marito jure deferimus. Dat. XII. Kal. Mart. *Ravennæ*, EUSTACHIO & AGRICOLA COSS. 421.

De manumissione servorum adultera post ejus mortem.

36. Imp. JUSTINIAN. A. Joanni P. P.

Libertatem servorum, qui ad dominium pertinent uxoris, vel mariti, vel parentum eorum; repudio missio propter suspicionem criminis adulterii, legum conditores intra duorum 75 mensium spatium post missionem repudii dinumerandum suspendi definiunt, propter tormentorum quaestionem (si opus exegerit) eis imponendam. Sin vero uxor (tua) matrimonio sub praefato modo dissoluto rebus humanis exenta fuerit: nihil de tempore, quousque servos eos propter memoratam causam permanere deceat, adjiciunt. Nobis vero necessarium esse videtur, certum tempus etiam in hoc casu statuere propter dotis quaestionem, utrum in lucro marito cedat, an heredibus mulieris restituatur. Sancimus itaque duos (etiam) menses post mortem mulieris servari, ut intra eos ante dicti servi 76 permaneant, & facultatem maritus habeat probationes adulterii per eos praestare. Transacto vero memorato tempore, licentiam habere heredem mulieris libertatem eis imponere: nisi per culpam ejus maritus prohibitus fuerit causam adulterii, tempore videlicet imminente, exercere. Dat. VI. Kal. Nov. *Constantinop.* post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. anno secundo 532.

De adulterii pœna.

37. *

Adulteris verberatis, & tonsis nares abscinduntur. Nuncii vero & impii hujusce facinoris administri, verberati, & tonsi in perpetuum relegantur.

T I T. X.

SI I QUIS EAM, CUJUS TUTOR FUERIT, CORRUPERIT.

I. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum Vicar. Italiae.

Si tutor pupillam quondam suam violata castitate stupraverit, deportationi subijgetur: atque universæ ejus facultates fisci juribus vindicentur: quamvis eam pœnam debuerit sustinere, quam raptori leges imponunt. Dat. Prid. Non. April. *Aquil.* CONSTANT. A. VII. & CONSTANTIO C. COSS. 326.

(72. l. 27. ff. rer. amot. (73. v. l. 9. supr. de episcop. (74. l. ult. supr. de probat. (75. l. 3. supr. h. t. (76. l. 12. in fin. ff. qui & a quib. manumiss.

TIT. X. (1. Nov. Leon. 34. adde l. 7. ff. ad leg. Jul. de adult.

(62. l. 2. in fin. infr. de abolit. (63. l. 2. §. 8. l. 14. §. 2. l. 11. §. 3. ff. l. 7. supr. h. t. (64. l. 2. supr. eod. (65. v. Nov. 117. c. 8. (66. l. 9. supr. h. t. l. 18. supr. de transact. §. 4. Inst. de publ. judic. l. 5. ff. de quaest. Auth. prox. infr. h. t. (67. v. l. 5. ff. de quaest. adde Nov. 134. c. 10. (68. v. Nov. 117. c. 15. (69. adde Nov. 77. & 141. (70. l. 3. supr. h. t. v. l. 27. §. 6. ff. eod. l. 8. §. 6. supr. de repud. (71. v. l. 12. §. 1. ff. qui & a quib.

T I T. XI.

DE I MULIERIBUS 2, QUÆ SE PROPRIIS SERVIS 3
J U N X E R U N T.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad populum.

Si qua cum servo (suo) occulte rem habere detegitur, capitali sententiæ subjugetur: tradendo ignibus verberone. 4 † Sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi, sit Officio nunciandi, sit etiam servo licentia deferendi, cui probato crimine libertas dabitur. † Filii etiam, quos ex hac conjunctione habuerit, exuti omnibus dignitatis insignibus, in nuda maneat libertate: neque per se, neque per interpositam personam quolibet titulo voluntatis accepturi aliquid ex facultatibus mulieris. † Successio mulieris ab intestato, vel filiis, si erunt legitimi, vel proximis cognatisque deferatur, vel ei, quem ratio juris admittit. † Id autem & quod ille, qui condemnatus est, & quod ex eo suscepti filii quolibet casu in sua videantur habuisse substantia, mulieris dominio sociatum, a memoratis successoribus vindicetur. Dat. IV. Kalend. Jun. *Serdica*, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. COSS. 326.

T I T. XII.

AD LEGEM JULIAM I DE VI PUBLICA 2
VEL PRIVATA. 3

Si ob viri debitum res uxoris pignori capiantur.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS
AA. Politicæ.

Ob 4 debitum viri, vel civile munus, res uxoris qui pignori capiunt, vim contrahere videntur. Dat. Kal. Jul. *Romæ*, ANTONINO A. II. & GETA II. COSS. 206.

De tertia parte bonorum tutoris publicata.

2. Imp. ANTONINUS A. Vero.

Tutoris tui lege Julia de vi privata damnati, si tertia pars bonorum fisco vindicata est, tutelæ actionem pro ea portione adversus 6 fiscum dirige: modo si nulla præscriptio locum habeat. Nam successio pro oneribus portione suæ respondet. PP. XV. Kal. Mart. ANTON. A. IV. & BALBINO COSS. 214.

De sponsa rapta, vel filio alterius incluso.

3. Imp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA.
& CC. Bianori.

Si confidis sponsam filii (tui) raptam esse, vel filium tuum inclusum 7: instituere solenni more legis Juliæ de vi accusationem apud Præsidentem provinciæ non prohiberis. PP. VIII. Kal. Maji, *Veronæ*, AA. COSS.

De delictis servorum. De verberibus.

4. Iidem AA. & CC. Liberatio.

Si criminis accusationem propter res a servo raptas intentandam putaveris, non contra dominum, sed contra eum, quem facinus commisisse proponis, hanc instituere debes. Sed quoniam a Fiscinulo etiam te verberibus afflictum adseveras: si hominibus coactis hoc fecerit, de hoc etiam, si legis Juliæ de vi privata reum deferendum putaveris, apud Præsidentem provinciæ age, non ignarum, quemadmodum criminibus probatis res vindicari debeat. S. XVII. Kal. Jul. *Sirmii*, AA. COSS.

De ingressu in possessionem fundi.

5. Iidem AA. & CC. Oploni.

In 9 possessionem fundi licet creditor per vim ingrediatur, Juliæ legis vis privatæ reus deferri potest. S. VI. Id. Decembr. *Nicomediæ*, CC. COSS.

De eo, qui vim facere tentat, & causam malorum præbet.

6. Imp. CONSTANTINUS A. ad Catulinum
Proconsulem Africa.

Quoniam multa facinora sub uno violentiæ nomine continentur: cum aliis rem inferre certantibus, aliis cum indignatione

resistentibus, verbera cædesque crebro deteguntur admittæ: placuit, si forte quis vel ex possidentis parte, vel ex ejus, qui possessionem temerare tentaverit, interemptus sit: in eum supplicium exerceri, qui vim facere tentaverit, & alterutri parti causam malorum præbuerit; & non jam relegatione, aut deportatione insulæ plectatur, sed supplicium capitale ei excipiat, nec interposita provocatione sententiam, quæ in eum fuerit dicta, suspendat. Dat. XV. Kal. Maji, *Serdica*, GALLICANO & BASSO COSS. 317.

De pæna non probantis crimen. De causa possessionis ante accusationem de vi decidenda.

7. Idem A. ad Bassum P. U.

Si quis ad se fundum, vel quodcumque aliud asserit pertinere, ac restitutionem sibi competere possessionis putat: (aut) civiliter 12 super 13 possidendo agat, aut impleta solennitate juris crimen violentiæ opponat: non ignarus, eam 14 (se) sententiam subiturum, si crimen objectum non potuerit comprobare, quam reus debet excipere. Quod si 15 ommissa interpellatione vim possidenti intulerit, ante 16 omnia violentiæ causam examinari præcipimus, & in ea requiri, quis ad quem pervenerit possidentem: ut ei, quem constiterit expulsum, amissæ possessionis iura reparentur: eademque protinus restituta, (si criminalis quæstio agitur,) violentus pæna non immerito destinatus in totius litis terminum differatur: ut agitato negotio 17 principali, si contra eum fuerit judicatum, in insulam deportetur, bonis omnibus abrogatis. PP. Prid. Non. Octobr. *Romæ*, CONSTANTINO A. V. & LICINIO COSS. 319.

De servis. 1. De vilibus personis. De his, qui sæpius deliquerunt.

2. De iudice, qui legitimam pænam non irrogaret.

8. Imp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA.

ad Albinum P. U.

Servos 18, qui fecisse violentiam confessionibus testium aut propriis docebuntur, si id inscio domino commiserint: postremo supplicio deditos luere perpetrata censemus. Quod si illi metu atque exhortatione dominorum violentiam admiserint, palam est secundum legem Juliam dominum infamem pronunciatum, loci ac originis propriæ dignitate 19 non uti: servos vero, quos furoribus talibus paruisse constiterit, metallo post sententiam dedi. §. 1. Viles autem, infamesque personæ, & hi, qui bis aut sæpius 20 violentiam perpetrasse convincerentur, constitutionum divalium pæna teneantur. §. 2. Iudicem vero nosse oportet, quod gravi infamia sit notandus, si violentiæ crimen apud se probatum distulerit, seu omiserit: vel impunitate donaverit, aut molliorem, quam præstitimus, pænam protulerit. Dat. Prid. Non. Martii, *Mediol.* VALENTIN. A. IV. & NEOTHERIO COSS. 390.

De raptore, & eo, qui raptori rem servat.

9. Imp. HONOR. & THEODOS. AA. Aureliano PP.

Crimen non dissimile est rapere, & ei, qui rapuit, raptam (rem) scientem delictum servare. 21. Dat. III. Non. Martii, HONOR. IX. & THEOD. VI. AA. COSS. 412.

De Buccellariis, Isauris, armatis servis.

10. Imp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicoftrato PP.

Omnibus per civitates & agros habendi Buccellarios, vel Isauros, armatosque servos 22 licentiam volumus esse præclusam. Quod si quis præter hæc, quæ nostra mansuetudo salubriter ordinavit, armata mancipia, seu Buccellarios, aut Isauros in suis prædiis, aut juxta se habere tentaverit, post exactam centum librarum auri condemnationem, vindictam in eos severissimam proferri sancimus. Viri quoque clarissimi provinciarum Rectores in speculis esse debent, ne quis audeat hæc statuta nostræ mansuetudinis in aliquo violare: scientes, quod ex dissimulatione, dignitatis, & administrationis cingulo privabuntur, & post centum librarum auri multam, salutis, vitæque suæ periculum sustinebunt: primatibus videlicet apparitionis suæ personis præter amissionem fortunarum suarum, capitali quoque supplicio feriendis. Dat. V. Kal. Sept. ANTHEMIO A. II. COSS. 468.

TIT. XI. (1. Inst. de hered. Inst. in pr. vers. servum adulterio (2. v. l. 3. supr. comm. de manumiss. (3. v. l. 3. supr. de nuptiis (4. v. l. 6. supr. de serv. fugitiv.

TIT. XII. (1. v. l. 1. §. 2. ff. de vi & vi. (2. Lib. 48. D. 7. & 8. Inst. de publ. jud. (3. Lib. 48. D. 8. (4. l. 1. l. 2. supr. ne uxor pro marito. l. 24. ff. de don. inter vir. (5. v. l. 1. ff. ad leg. jul. de vi privat. §. 3. Inst. de publ. jud. (6. v. l. 5. in fin. ff. de fidejuss. l. 1. ff. ad leg. Jul. de vi priv. (7. l. 5. l. 6. ff. ad leg. Jul. de vi publ. (8. l. 10. §. 1. ff. d. t. l. 4. ff. ad leg. Jul. de vi priv. (9. v. l. 6. l. 7. vers. quod si ommissa infr. h. t. l. ult. ff. ad leg. Jul. de vi privata. Adde l. 3. supr. unde vi.

(10. v. l. 5. supr. h. t. (11. v. §. 8. Inst. de publ. Judic. (12. l. 4. sup. unde vi, l. 1. infr. quando civil. act. l. 1. §. 2. ff. de vi & vi arm. (13. l. 5. supr. h. t. (14. l. 17. supr. de accus. (15. v. l. 5. supr. h. t. (16. l. 37. ff. de judic. l. 1. supr. de appell. (17. v. l. 10. supr. de judic. (18. Adde l. 157. ff. de reg. jur. (19. l. 1. ff. ad leg. Jul. de vi priv. (20. l. 28. §. 3. ff. de panis. (21. v. l. 1. ff. de receptatorib. (22. l. 3. pr. ff. ad leg. Jul. de vi publ.

T I T. XIII.

DE RAPTV I VIRGINUM, SEU VIDUARUM, NECNON
SANCTIMONIALIUM.

I. Imp. JUSTINIANUS A. Hermogeni Magistro offic.

Raptores virginum & honestarum, vel ingenuarum, sive jam desponsatae fuerint, sive non, vel quarumlibet viduarum feminarum, licet libertinae, vel servae alienae sint, pessima criminum peccantes, capitis supplicio plectendos decernimus: & maxime, si 3 Deo fuerint virgines, vel viduae dedicatae: quod non solum ad injuriam hominum, sed etiam ad ipsius Omnipotentis Dei irreverentiam committitur: maxime cum virginitas, vel castitas corrupta restitui non possit. Et merito mortis damnantur supplicio: cum nec ab homicidii crimine hujusmodi raptores sint vacui. Ne igitur sine vindicta talis crescat insania, sancimus per hanc generalem Constitutionem, ut hi, qui hujusmodi crimen commiserint, & qui eis auxilium invasionis tempore praebuerint: ubi inventi fuerint in ipsa rapina, & adhuc flagranti crimine comprehensi, & a parentibus virginum, vel ingenuarum, vel viduarum, vel quarumlibet feminarum, aut earum consanguineis, aut (a) tutoribus, vel curatoribus, vel patronis, vel dominis convicti interficiantur. † Quae multo magis contra eos obtinere sancimus, qui nuptas mulieres ausi sunt rapere: quia duplici tenentur crimine, tam adulterii (scilicet,) quam rapinae: & oportet acerbius adulterii crimen ex hac adjectione puniri. Quibus connumeramus etiam eum, qui saltem sponsam suam per vim rapere ausus fuerit. † Sin autem post commissum tam detestabile crimen, aut potentatu raptor se defendere, aut fuga evadere potuerit: in hac quidem regia urbe tam viri excellenti Praefecti praetorio, quam vir gloriosissimus Praefectus urbi: in provinciis autem tam viri eminentissimi Praefecti praetorio per Illyricum & Africam, quam Magistri militum per diversas nostri orbis regiones, necnon vir spectabilis Praefectus Aegypti, & Comes Orientis, & Vicarii, & Proconsules, & nihilominus omnes viri spectabiles & Duces, & viri clarissimi Rectores provinciarum, necnon alii cujuslibet ordinis iudices, qui in illis locis inventi fuerint, simile studium cum magna sollicitudine adhibeant, ut eos possint comprehendere, & comprehensos in tali crimine, post legitimas, & juri cognitatas probationes sine 4 fori praescriptione durissimis poenis afficiant, & mortis condemnent supplicio. † Quibus, & si appellare voluerint, nullam damus licentiam, secundum antiquae Constantinianae legis definitionem. §. 1. Et si quidem ancillae, vel libertinae sint, quae rapinam passa sunt, raptores tantummodo supradicta poena plectentur: substantiis eorum nullam deminutionem passuris. Sin autem in ingenuam personam tale facinus perpetratur, etiam omnes res mobiles, seu etiam immobiles, & se moventes, tam raptorum, quam eorum (sodalium comitum, vel sequentium,) qui eis auxilium praebuerint, ad dominium; raptarum mulierum liberarum transferantur providentia Judicum, & cura parentum earum, vel maritorum, vel tutorum, seu curatorum. Et si non nuptae mulieres alii cuilibet praeter raptorem legitime conjunguntur, in dotem mulierum liberarum easdem res, vel quantas ex his voluerint, procedere: sive maritum nolentes accipere, in sua pudicitia manere voluerint, pleno dominio eis sancimus applicari: nemine Judice, vel alia quacumque persona hoc audente contemnere. † Nec sit facultas raptae virgini, vel viduae, vel cuilibet mulieri raptorem suum sibi maritum exposcere, sed cui parentes voluerint (excepto raptore) eam legitimo copulent matrimonio: quoniam nullo modo, nulloque tempore datur a nostra Serenitate licentia eis consentire, qui hostili more in nostra Republica matrimonia student sibi conjungere. Oportet enim, ut quicumque uxorem ducere voluerit, sive ingenuam, sive libertinam: secundum nostras leges, & antiquam consuetudinem, parentes, vel alios, quos decet, petat, ut cum eorum voluntate fiat legitimum conjugium. §. 2. Poenas autem, quas praediximus, id est, mortis & bonorum amissionis, non tantum adversus raptores, sed etiam contra eos, qui hos comitati & in ipsa invasione, & rapina fuerint, constituimus, ceteros autem omnes,

qui conscii, & ministri hujusmodi criminis reperti, & convicti fuerint, vel qui eos susceperint, vel quicumque opem eis tulerint, sive masculi, sive feminae sint, cujuscumque conditionis, vel gradus, vel dignitatis, poenae tantummodo capitali subijcimus, ut huic poenae omnes subiaceant, sive volentibus, sive nolentibus virginibus, sive aliis mulieribus tale facinus fuerit perpetratum. Si enim ipsi raptores metu, vel atrocitate poenae ab hujusmodi facinore se temperaverint, nulli mulieri sive volenti, sive nolenti peccandi locus relinquatur: quia hoc ipsum velle mulierem ab insidiis nequissimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur. Nisi etenim eam sollicitaverit, nisi odiosis artibus circumvenerit, non faciet eam velle in tantum dedecus se prodere: parentibus (quorum maxima vindictae intererat) si patientiam praebuerint, ac dolorem remiserint, deportatione plectendis. §. 3. Sed & si quis inter haec ministeria servilis conditionis fuerit comprehensus, citra sexus discretionem eum concremari jubemus: cum hoc etiam Constantiniana Lege recte fuerit prospectum. Omnibus Legis Juliae capitulis, quae de raptu virginum vel viduarum, sive sanctimonialium, sive in antiquis legum libris, sive in sacris Constitutionibus posita sunt, de cetero abolitis, ut haec tantummodo Lex in hoc capite pro omnibus sufficiat, quam de sanctimonialibus 7 etiam virginibus, & viduis locum habere sancimus. Dat. xv. Kalend. Decembr. Constantinop. DN. JUSTINIANO A. PP. 11. COSS. 528.

T I T. XIV.

DE EMENDATIONE SERVORUM. I

I. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum.

Si virgis aut loris dominus servum afflixerit, aut custodiae causa in vincula conjecerit: dierum distinctione, sive interpretatione depulsa, nullum criminis metum servo mortuo sustineat. Nec vero immoderate suo jure utatur: sed tunc reus homicidii sit, si voluntate eum ictu fustis aut lapidis ceciderit: vel certe telo usus, lethale vulnus inflixerit, aut suspendi laqueo praecerit, vel jussione tetra praecipitandum esse mandaverit, aut veneni virus infuderit, vel dilaniaverit poenis publicis corpus, ferarum unguibus latera persecando, vel exurendo oblaris ignibus membra, aut tabescentes artus atro sanguine permixta sanie defluentes, prope in ipsis adegerit cruciatibus vitam relinquere savitia immanium Barbarorum. Dat. v. Id. Maji, Roma, CONSTANTINO A. & LICINIO COSS. 312.

T I T. XV.

DE EMENDATIONE PROPINQUORUM.

I. Imp. VALENT. & VALENS AA. ad Senatum.

In corrigendis minoribus pro qualitate delicti, senioribus propinquis tribuimus potestatem: ut quos ad vitae decora, domesticae laudis exempla non provocant, saltem correctionis medicina compellat. Neque (tamen) nos in puniendis minorum vitiis potestatem in immentum extendi volumus, sed jure: patrio auctoritas corrigit propinqui juvenis erratum, & privata animadversione compestat. † Quod si atrocitas facti jus domesticae & emendationis excedat, placet enormis 3 delicti reos dedi Judicum notioni. Dat. Prid. Kal. April. VALENTINIANO & VALENTE AA. COSS. 365.

T I T. XVI.

AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS. I

De eo, qui non animo occidendi percussit.

I. Imp. ANTONINUS A. Herculiano, & aliis militibus.

Frater vester rectius fecerit, si se Praefidi provinciae obtulerit. Qui si probaverit non 2 occidendi animo hominem a se percussum esse, remissa homicidii poena, secundum disciplinam militarem sententiam proferet: crimen enim contrahitur, si & voluntas

(7. l. 5. l. 54. supr. de episcopis.

TIT. XIV. (1. l. 2. ff. §. 2. Inst. de his, qui sui, l. 1. §. 8. ff. de offic. praef. urb.

TIT. XV. (1. l. 16. §. 2. ff. de poenis l. 3. supr. de patr. potest. Nov. Leon. 105. (2. v. Nov. 117 c. 14. (3. l. 5. in fin. l. 6. ff. ad leg. Aquil. l. 7. §. 3. ff. de injur. l. 5. ff. ad leg. Pomp. de parricid. l. 2. ff. ad leg. Corn. de sicariis.

TIT. XVI. (1. Lib. 48. D. 3. (2. v. l. 8. infr. de injur. (3. l. 53. ff. de fura.

TIT. XIII. (1. Adde Nov. 143. 150. Nov. Leon. 35. l. 4. supr. de noxae lib. §. 8. Inst. de publ. judic. (2. l. 5. §. 2. ff. ad leg. Jul. de vi publ. (3. l. 5. l. 54. supr. de episcopis (4. Adde l. 1. supr. ubi de criminib. (5. Adde l. 54. vers. bona autem, supr. de episcopis. Nov. 143. & Nov. 150. adde vers. & si non infr. h. t. (6. v. Nov. Leon. 70.

nocendi intercedat. Ceterum ea, quæ ex improvise casu 4 potius, quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxæ imputantur. PP. 11. Kal. Febr. LÆTO 11. & CEREALE COSS. 216.

De eo, qui salutem suam defendit.

2. Imp. GORDIANUS A. Quintiano.

Is, qui aggressorem 5 vel quemcumque alium in dubio vitæ discrimine constitutus occiderit, nullam ob id factum calumniam metuere debet. PP. 111. Non. Apr. ARIANO & PAPPO COSS. 244.

3. Idem A. Quintiano.

Si quis percussorem ad se venientem gladio repulerit, non ut homicida tenetur: quia defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur.

4. Imp. GALLIENUS A. Monatio.

Si (ut allegas) latrocinantem 6 peremisti: dubium non est, cum, qui inferendæ cædis voluntate præcesserat, jure casum videri. PP. XIII. Kal. Febr. VALERIANO & LUCILLO COSS. 266.

Post hanc legem subjicitur in Basilicis lex quarta, videntur enim Basilicæ autores secundam, & tertiam hujus tituli una complecti, quæ est ejusdem tituli in Basilicis. 20. illius autem, quæ hic ommissa est atque in Basilicis inter constitutiones referetur, ea sunt verba Cujacii interprete.

Liceat cuilibet aggressorem 7 nocturnum in agris, vel obsidentem vias, atque insidiantem prætereuntibus, impune occidere etiam si miles sit: melius namque est his occurrere, & mæderi, quam injuria accepta vindictam perquirere.

De casu fortuito.

5. Exemplum sacrarum literarum DIOCLET. & MAXIM.

AA. & CC. Agatho.

Eum, qui adseverat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis ictu mortis occasio præbita videatur: si hoc ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni metu ac suspitione, quam ex admittæ rei discrimine sustinet, secundum id, quod adnotatione nostra comprehensum est, volumus liberari. Dat. VII. Kal. Dec. Sirmii, ipsi AA. IV. & III. COSS. 290.

De atate.

6. Idem AA. & CC. ad Agotium.

Si quis te reum Legis Cornelie de sicariis fecerit, innocentia 8 purgari crimen, non adulta 9 ætate defendi convenit. S. VI. Kal. Nov. Romæ, CC. COSS.

De eo, qui cum telo ambulavit.

7. Idem AA. & CC. Philisco.

Is, qui cum 10 telo ambulaverit hominis necandi causa, sicut is, qui hominem occiderit, vel cujus dolo malo factum erit commissum, Legis Cornelie de sicariis pœna coercetur. S. VII. Kal. Jan. Nicomedia, CC. COSS.

De infante.

8. Imppp. VALENT. VALENS & GRATIAN. AAA.

ad Probum P. P.

Si quis necandi infantis piaculum aggressus, aggressus sit: sciat se capitali supplicio esse puniendum. PP. VII. Id. Febr. Romæ, GRAT. A. III. & EQUITIO COSS. 374.

De servis torquendis.

9. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD.

AAA. Cynegio P. P.

Si forte mulier marito mortis parasse insidias, vel quovis alio genere voluntatem occidendi habuisse inveniatur: vel si forte maritus eodem modo infectetur uxorem: in eadem quæstione ab omni familia non solum mariti, sed etiam uxoris suæ (quæ tamen tunc temporis domi fuerit) quærendum est, sine cujusquam defensione. Dat. Id. Dec. ARCAD. A. I. & BAUTONE COSS. 385.

TIT. XVII.

DE HIS, QUI PARENTES I VEL LIBEROS OCCIDERUNT.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Verinum Vic. Africæ.

Si 2 quis parentis, aut filii, aut omnino adfectionis ejus, quæ nuncupatione parricidii continetur, fata properaverit: sive

(4. Adde l. 5. infr. h. t. (5. l. 3. 4. infr. eod. l. 4. 5. ff. ad leg. Aquil. (6. l. 2. 3. supr. h. t. (7. l. 2. supr. eod. l. 1. supr. quando liceat unicuique sine jud. (8. l. 6. supr. de procurator. (9. l. 1. supr. si advers. delictum. l. 7. infr. de penis l. 1. 3. §. 8. ff. ad leg. Jul. de adult. l. 37. §. 1. ff. de minor. (10. l. 1. pr. ff. h. t. §. 5. Inst. de publ. judic. l. 3. §. 1. ff. ad leg. Jul. de vi publ. l. 16. §. 8. ff. de pœn.

TIT. XVII. (1. Lib. 48. D. 9. adde l. 8. §. 6. sup. de repudiis. (2. adde §. 6. Inst. de publ. jud.

clam, sive palam id enifus fuerit, (pœna parricidii puniatur:) & neque gladio, neque ignibus, neque ulli alii solenni pœnæ subjugetur, sed insutus culeo 3 (cum cane & gallo gallinæo, & vipera, & simia) & inter eas ferales angustias comprehensus, serpentium contuberniis misceatur: & ut regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem projiciatur, ut omni elementorum usu vivus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, terra mortuo auferatur. Dat. XI. Kal. Dec. LICINIO V. & CRISPO COSS. 318. (Accept. Prid. Id. Mart. Carthagine, CONSTANT. A. V. & LICINIO C. COSS. (319.)

TIT. XVIII.

DE MALEFICIS I ET MATHEMATICIS 2,

ET CETERIS SIMILIBUS. 3

Collatio veneni, & gladii.

1. ANTONINUS A. Titio.

Plus est hominem extinguere veneno 4, quam occidere gladio. PP. sine die & Consule.

De geometria & mathematica.

2. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Tiberio.

Artem geometriæ discere atque exercere publice interest. Ars autem mathematica damnabilis est & interdicta omnino. S. XIII. Kal. Sept. Sirmii, CC. COSS.

De aruspibus, & Sacerdotibus.

3. Imp. CONSTANT. A. ad Maxim.

Nullus aruspex 5 (nullus sacerdos, nullus eorum, qui huic ritui adolent ministrare, ad) limen alterius accedat, nec ob alteram causam, sed hujusmodi hominum amicitia (quamvis vetus) repellatur: concremando illo aruspice, qui ad domum alienam accesserit: & illo in insulam deportando post ademptionem honorum, qui eum advocaverit, suasionibus vel præmiis. Accusatorem autem hujusmodi criminis, non delatorem esse, sed dignum magis præmio arbitramur. PP. Kal. Febr. Romæ, CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. COSS. 319.

De magia.

4. Idem A. & C. ad Bassum P. U.

Eorum est scientia punienda, & severissimis merito legibus vindicanda, qui magicis 6 accincti artibus, aut contra 7 salutem hominum moliti, aut 8 pudicos animos ad libidinem deflectisse deteguntur. † Nullis vero criminationibus implicanda sunt remedia 9 humanis quæsitæ corporibus, aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis grandinisque lapidatione quaterentur: quibus non cujusquam salus, aut æstimatio læderetur, sed quorum proficerent actus, ne divina munera, & labores hominum sternerentur. Dat. X. Kal. Jun. Aquilejæ, CRISPO & CONSTANTIO CÆS. COSS. 321.

De divinatoribus.

5. Imp. CONSTANTINUS A. & JULIANUS C.

ad populum.

Nemo aruspem 10 consulat, aut mathematicum 11, nemo ariolum. 12 † Augurum 13 & vatum prava confessio conticefcet. † Chaldæi, ac magi, & ceteri, quos maleficos, ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. † Sileat omnibus perpetuo divinandi 14 curiositas: Etenim supplicio capitis ferietur gladio ultore prostratus, quicumque iussis (nostris) obsequium denegaverit. Dat. VIII. Kal. Febr. Mediolani, CONSTANTIO A. VIII. & JULIANO C. COSS. 356.

De magis.

6. Idem A. & C. ad populum.

Multi Magicis artibus nisi, clementia turbare, vitam 15 infantium labefactare non dubitant, & manibus accitis, audent ventilare, ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos: hos, quoniam naturæ peregrini sunt, feralis pestis absumat. Dat. Prid. Non. Dec. Mediolani, CONSTANTIO A. IX. & JULIANO II. COSS. 357.

(3. v. l. 9. ff. h. t. & d. §. 6.

TIT. XVIII. (1. l. 4. 5. vers. Chaldæi l. 7. inf. h. t. (2. l. 2. infr. eod. l. 10. sup. de episc. aud. (3. v. l. 1. inf. h. t. (4. l. 3. ff. ad leg. Corn. de sicariis. (5. l. 5. inf. h. t. (6. d. l. 5. vers. Chaldæi l. 6. 7. infr. eod. (7. Adde d. l. 7. (8. l. 38. §. 5. ff. de penis. (9. l. 1. §. 3. in fin. ff. de extraord. cogn. (10. v. l. 3. supr. h. t. (11. v. l. 2. in fin. supr. eod. (12. Adde l. 7. infr. eod. (13. Adde d. l. 7. (14. v. l. 15. §. 13. ff. de injuriis. (15. l. 4. ibi, aut contra salutem supr. h. t. l. 15. pr. ff. de injur.

De dignitatibus.

7. Iidem AA. & CC. ad Taurum P. P.

Et si excepta tormentis sunt corpora honoribus præditorum, præter illa videlicet crimina, quæ legibus demonstrantur: et si omnes magi 16 in quacumque sint parte terrarum, humani generis inimici credendi sunt: quoniam tamen, qui in Comitatu nostro sunt, ipsam pulsant propemodum Majestatem: si quis magus, vel magicis criminibus aduetus, qui *maleficus* vulgi consuetudine nuncupatur, aut aruspex, aut ariolus, aut certe augur, vel mathematicus, aut enarrandis somniis occultans artem aliquam divinandi, aut certe aliquid horum simile exercens in Comitatu meo, vel Cæsaris fuerit deprehensus: præsidio dignitatis (exutus) cruciatus, & tormenta non fugiat. † Si (vero) convictus fuerit, & ad proprium facinus detegentibus repugnaverit, pernegando: sit equuleo deditus, ungalisque sulcantibus latera, perferat poenas proprio dignas facinore. Dat. 111. Non. Julii, *Arimini*, TITIANO & CEREALE COSS. 358.

De eo, qui discit, vel docet.

8. Imp. VALENT. & VALENS AA. ad Modestum P. P.

Culpa similis est, (tam) prohibita discere 17, quam docere. Dat. Prid. Id. Dec. *Constantinop.* VALENT. & VALENTE AA. COSS. 365.

De maleficis comprehendendis, & ad publicum pertrahendis.

9. Imp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Albino P. P.

Quicumque maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupaverit, illico ad publicum pertrahat, & Judicium oculis communis hostem salutis ostendat. Quod si quisquam ex agitatoribus, (id est, aurigis,) seu ex quolibet alio genere hominum, contra hoc interdictum venire tentaverit, aut clandestinis suppliciis etiam manifestum reum maleficæ artis opprefferit: ultimum supplicium non evadat, geminæ suspitioni obnoxius, quod aut publicum reum, ne facinoris socios publicaret, severitati legum, & debitæ subtraxerit quæstioni: aut proprium foras inimicum sub hujusmodi vindictæ nomine consilio atrociorē confecerit. Dat. xvii. Kal. Sept. *Romæ*, TIMASIO & PROMOTO COSS. 389.

T I T. XIX.

DE I SEPULCRO VIOLATO.

De contrectatione rerum religiosarum.

1. Imp. GORD. A. Zenoni.

Res religioni destinatas, quinimmo jam religionis effectas, scientes, qui contigerint, & emere 2, & distrahere non dubitaverint: tametsi jure venditio non subsistat, lætæ tamen religionis inciderunt in crimen. PP. 111. Kal. Mart. SABINO II & VENUSTO COSS. 241.

De servis.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad (Trajanum) P. U.

Si servus in demoliendis sepulcris fuerit deprehensus, si id sine domini scientia faciat, metallo addicatur: sin vero domini auctoritate, vel jussione urgetur, relegatione plectatur. Et si forte detractum aliquid de sepulcro ad domum ejus, villamque proventum reperitur: villa, sive domus, aut ædificium quodcumque erit, fisci jure vindicetur. Dat. vii. Id. Jul. ACYNDINO & PROCULO COSS. 340.

Si judex poenam non irrogaverit.

3. Idem A. ad Limenium P. P.

Si quis sepulcrum violaturus attigerit, locorum Judices, si hoc vindicare neglexerint: non minus quam viginti librarum auri, in sepulcrorum violatores statuta poena multentur: ut eam largitionibus nostris inferre cogantur. Dat. v. Kal. Apr. LIMENIO & CATULINO COSS. 349.

Pœna violantium sepulcra, cadavera, vel reliquias.

4. Idem A. ad populum.

Qui sepulcra violant, domos (ut ita dixerim) defunctorum: geminum videntur facinus perpetrare: nam & sepultos spoliant destruendo, & vivos polluunt fabricando. Si quis igitur de sepulcro abstulerit 4 saxa, vel marmora, vel columnas, aliamve quamcumque materiam fabricandi gratia, sive id fecerit venditurus, decem 5 pondo auri cogatur fisco inferre: sive quis propria

sepulcra defendens, hanc in judicium querelam detulerit, sive quicumque 6 alius accusaverit, vel ad officium nunciaverit: Quæ poena prisca severitati accedit: Nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulcrum violentibus videtur impositum. Huic autem poenæ subjacebunt & qui corpora sepulta 7, aut reliquias contrectaverint. Dat. Id. Jun. *Mediolani*, CONSTANTINO IX. & JULIANO C. COSS. 357.

De ablatis a sepulcris.

5. Imp. JULIANUS A. ad populum.

Pergit audacia ab busta defunctorum, & aggeres consecratos: cum & lapidem hinc movere, & terram evertere, & cespitem evellere, proximum sacrilegio majores (nostri) semper habuerint: sed (&) ornamenta quædam tricliniis, aut porticibus 8 auferre de sepulcris. Quibus primo consulentes, ne in piaculum incidat contaminata religio defunctorum, hoc fieri prohibemus, poena sacrilegii cohibentes. Dat. Prid. Id. Febr. *Antiochiæ*, JULIANO A. IV. & SALLUSTIO COSS. 363.

De non impedienda sepultura defuncti prætextu debiti.

6. Imp. JUSTINUS A. Theodoro.

Cum sit injustum, & nostris alienum temporibus, injuriam fieri reliquiis defunctorum ab his, qui debitorem 9 sibi esse mortuum dicendo, debitumque exigendo, sepulturam ejus impediunt: ne in posterum eadem injuria procederet, cogendis his, ad quos funus mortui pertinet, sua jura perdere: ea quidem, quæ mortuo posito ante sepulturam ejus facta fuerint, vel exigendo quod debitum esse dicitur, vel confessiones aliquas, aut fidejussorem, aut pignora capiendo, penitus amputari præcipimus. Redditis vero pignoribus, vel pecuniis, quæ solutæ sunt, vel absolutis fidejussoribus, & generaliter omnibus sine ulla innovatione in pristinum statum reducendis, principale negotium ex integro acceptari. Eum vero, qui in hujusmodi fuerit deprehensus flagitio, quinquaginta libras auri dependere; vel si minus idoneus ad eas persolvendas sit, suo corpore subcompetenti iudice poenas luere. Dat. Kal. Dec. *Constantinop.* OLYBRIO V. C. COSS. 526.

In AUTHENT. ut defuncti, seu fun. §. sancimus (igitur). & §. si vero col. 5. tit. 15. al. 13.

Nov. 60. c. 1.

Item qui domum moribundi accedit, ipsum, aliosve, qui ejus sunt; molestans, aut in rebus ejus non servato legali officio, signacula imponit: ab actione post mortem illius cadat, & alterum tantundem exigatur ab heredibus injuriati: publicanda tertia parte bonorum, ipsoque infamia notato. Eisdem poenis subjaceat, qui eo moriente circa funus peccat, cum prohibeat exequias.

In AUTHENT. ut cum de appellat. cog. §. meminimus. col. 8. tit. 16. al. 12. Nov. 115. c. 5.

Sed neque ante novem dies ab obitu numerandos, ulla prorsus fiat molestia adversus quemlibet ex persona defuncti. Si qua enim cautio, si quid simile fiat, inutile erit, ex hoc nullo præjudicio creditori generando.

T I T. XX.

AD LEGEM FABIAM I DE PLAGIARIIS.

1. Imp. ANTONINUS A. Placido.

Pater tuus adversus eum, a quo sollicitatam ancillam, plagio quoque facto exportatam queritur, apud suum Judicem civiliter in rem actione instituta consistat. Si (vero) in causa tenuerit; etiam Legis Fabiæ crimen persequi poterit. Quod si per violentiam mancipium obreptum est, accusationem ejus non prohibetur intendere. PP. xii. Kal. Apr. ANTONINO A. IV. & BALBINO COSS. 214.

2. Idem A. Aurelio.

Si ab Aeliano servum tuum susceptum, & aliquandiu occultatum 2, moxque eo suadente fugæ datum, probare potes, Legis

(6. l. 8 ff. eod. (7. Adde l. 3. §. 4. l. 7. l. ut ff. eod. l. 38. ff. de religiof. (8. v. l. 37. in fin. ff. h. t. (9. v. Nov. 60. l. 2. ff. de in jus vocand. l. 3. ff. h. t. l. 8. ff. de religiof.

TIT. XX. (1. Lib. 48. D. 15. Nov. Leon. 66. (2. l. 9. infr. h. t. l. 1. ff. de servo corrupto.

(16. Adde l. 4. l. 5. l. 6. sup. h. t. (17. l. 2. pr. l. 6. §. 1. sup. de hæret. v. l. 10. sup. de episc. adde l. 4. §. 1. ff. famil. ercisc.

TIT XIX. (1. Lib. 47. D. 12. Adde Nov. Leon. 96. (2. l. 21. sup. de S. S. eccles. §. 8. Inst. derer. divis. (3. Fac l. 3. §. 11. ff. h. t. (4. Adde l. 5. inf. eod. §. v. l. 3. sup. eod.

legis Fabiæ crimen per te, vel actionem ad eam rem propositam, id est servi corrupti, per 3 procuratorem tuum persequi potes. PP. VII. Kal. Aug. ANTONINO A. IV. & BALBINO COSS. 214.

3. Imp. ALEXANDER A. Cornelio.

Ut legis Fabiæ poena debeat, in crimine subscriptio 4, & accusatio, & sententia necessaria est. PP. VIII. Kal. Jul. JULIANO II. & CRISPINO COSS. 225.

4. Imp. GORDIANUS A. Paulinæ.

Non valet Procuratoris sententia, si vicem Præsidis non teneatur, qui Legi Fabiæ locum esse pronunciauit: cum ejus legis disceptatio ad Præsidis provinciæ 5 pertineat notionem. PP. III. Non. Dec. GORD. A. & AVIOLA COSS. 240.

5. Imp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. & VALER. C. Julianæ.

Si fratrem tuum adversarius (tuus) supprimit 6, Legis eum Fabiæ 7 adito Præside provinciæ reum debes postulare. PP. Non. Maji, ÆMILIANO & BASSO COSS. 260.

6. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Martianæ.

In fuga servum constitutum, neque vendere, neque donare licet 8: unde intelligis te in legem incidisse, quæ super hujusmodi delictis certam 9 poenam fisco inferendam statuit: exceptis coheredibus, & sociis, quibus in divisione communium 10 rerum licitationem de fugitivo servo invicem facere permiffum est. Ita vero liceat fugitivum (servum) vendere, & tunc venditio valeat, quando 11 ab emtore requisitus fuerit, & deprehensus. PP. III. Id. Mart. AA. COSS.

7. Idem AA. Maximo P. U.

Quoniam servos a plagiariis alienari ex Urbe significas, atque ita interdum ingenuos homines eorum scelere asportari solere perscribis: horum tibi delictorum licentiæ majore severitate occurrendum esse decernimus. Ac propterea si quem in hujusmodi facinore deprehenderit, capite 12 eum plectere non dubitabis: ut poenæ genere deterreri ceteri possint, quominus istiusmodi audacia vel servos, vel liberos, ab Urbe distrahere atque alienare audeant. Dat. VI. Id. Dec. DIOCLET. III. & MAXIM. AA. COSS. 287.

8. Idem AA. & CC. Confidio.

Præses provinciæ, discreto prius jure domini, intelligat an audiendum sit plagii crimen, necne. Nam si proprietatis tuæ mancipium esse constiterit, expirasse criminis intentionem, emersa domini luce, manifestavit. Si vero servum alienum esse constiterit, (post) disceptatam proprietatis quæstionem, & criminis causam audiet. PP. VIII. Kal. Sept. ipsi AA. IV. & III. COSS. 290.

9. Idem AA. & CC. Eugenio.

Eum, qui mancipium alienum celat 13, Fabiæ legis crimine teneri, non est incerti juris. S. III. Id. Maji, Heraclia, AA. COSS.

10. Idem AA. & CC. Dizæ.

Comparantem ab eo, qui abduxit plagio mancipia, si delicti socius non probetur, nullo crimine teneri convenit. S. Non. Nov. * Lucione AA. COSS.

11. Idem AA. & CC. Marpiatæ.

Abducti plagio facta venditio, statum 14 non mutat: liberæ enim personæ sollicitatione crimen committitur, non conditioni præjudicatur. S. Id. Nov. Lucione *. AA. COSS.

12. Idem AA. & CC. Mutiano.

Si quis servum fugitivum sciens 15 cum 16 rebus furtivis susceperit, cum horum nomine furti 17 actione teneatur, hæc tibi Rector 18 provinciæ cum solita poena restitui efficiet. † Sed et si criminis plagii accusationem institueris, tibi audientiam præbere non dubitabit. S. Kal. Apr. Singiduni, CC. COSS.

13. Idem AA. & CC. Severino.

Plagii criminis accusatio publici 19 sit judicii. S. v. Kal. Dec. CC. COSS.

14. Idem AA. & CC. Callistheni.

Plagii criminis accusatio cessat, si suos servos, vel liberos adfuerent hi, qui suppressisse dicuntur non commissi velandæ causa, sed ad hanc opinionem 20 justa ducti ratione. S. Prid. Non. Dec. Nicomedia, CC. COSS.

15. Idem AA. & CC. Pomponio.

Librum, sciens conditionem ejus, invitum 21 venundando, plagii criminis poena tenetur. Dat. III. Kal. Jan. Nicomedia, CC. COSS.

16. Imp. CONSTANTINUS A. ad Domitium

Celsum Vicarium Africa.

Plagiarii, qui viventium filiorum miserandæ infligunt parentibus orbitates, metalli poena cum ceteris ante cognitis suppliciiis teneantur. † Si quis tamen hujusmodi reus fuerit oblatus, posteaquam super crimine claruerit, servus quidem, vel liberate donatus, bestiis subjiciatur, ingenuus autem gladio consumatur. Dat. Kal. Aug. CONSTANTINO A. IV. & LICINIO COSS. 315.

TIT. XXI.

AD LEGEM VISELLIAM. I

1. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Baccho.

Lex Visellia libertinæ conditionis homines persequitur, si ea, quæ ingenuorum sunt, contra honores 2 & dignitates ausu fuerint attentare, vel decurionatum 3 arripere: nisi 4 jure auctororum annulorum impetrato a Principe sustententur. Tunc enim quoad vivunt, imaginem, non statum ingenuitatis obtinent: & sine periculo ingenuorum etiam officia peragunt publica. Qui autem libertinus se dicit ingenuum, tam de operis civiliter, quam etiam ex lege Visellia criminaliter poterit perurgeti. † In 5 curiam autem se immiscens, damno quidem cum infamia afficitur: Muneribus 6 vero personalibus in patria patris, quæ congruunt hujusmodi hominibus, singulos pro viribus adstrictos esse, non dubium est. PP. II. Id. Febr. Antiochia, CC. COSS.

TIT. XXII.

AD LEGEM CORNELIAM DE FALSIS. I

De accusatione subjecti partis.

1. Imp. ANTON. A. Severino.

Si partis 2 subjecti crimen diversæ parti objicitis, causa capitalis 3 in tempus pubertatis pueri differri non debuit: sicut jam pridem mihi & Divo Severo patti meo placuit. Neque enim verisimile est, eam, quæ arguitur, non ex fide causam suam defensuram, cum periculum capitis subeat. PP. Non. Mart. DUOBUS ASPRIS COSS. 213.

(15. l. 6. sup. de serv. fugitiv. (16. l. ult. ff. de fugit. l. 36. §. 3. ff. de furtis (17. v. l. 1. ff. de fugit. (18. l. 4. 8. sup. h. t. (19. §. 10. Inst. de publ. jud. (20. adde l. 12. §. 2. & 3. l. 13. ff. de liberal. (21. l. 4. ff. h. t. l. 2. sup. ubi de crimin.

TIT. XXI. (1. l. un. inf. quando civilis actio. (2. l. 3. ff. de jur. aur. annul. adde l. 13. ff. de leg. Corn. de falsis. (3. l. 1. inf. si servus aut libert. ad decur. (4. l. 5. 6. ff. de jur. aur. annul. (5. l. 2. inf. si servus aut libert. ad decur. (6. v. l. 6. in fin. ff. ad municip.

TIT. XXII. (1. Lib. 48. D. 10. (2. l. 10. inf. l. 19. §. 1. l. 30. §. 1. h. t. l. 1. pr. ff. de agnos. lib. (3. l. 5. 22. in fin. inf. h. t. l. 1. §. ult. ff. de Carbon. edicto. l. 1. in fin. ff. h. t. l. 18. sup. de transact. §. 7. Inst. de publ. jud. Nov. Leon. 77.

(3. l. 4. sup. de furtis. (4. v. l. 3. sup. qui accusare. (5. l. 8. infr. h. t. (6. l. 6. in fin. ff. eod. (7. v. l. 3. ff. de homine libero. (8. Immo vide l. 2. ff. h. t. v. l. 5. sup. de fugitivis. (9. l. ult. ff. h. t. (10. l. 19. §. 3. ff. comm. divid. l. 35. §. 3. ff. de contrah. emt. (11. l. 2. §. 2. ff. h. t. (12. Abrog. Nov. Leon. 66. (13. l. 2. sup. l. 5. ff. h. t. l. 1. ff. de servo corrupto. (14. l. 12. sup. de ingenuis v. l. 12. sup. de liberali.

De solutione.

2. Imp. ALEXAND. A. Valerio.

Satis aperte Divorum Parentum meorum rescriptis declaratum est, cum morandæ 4 solutionis gratia, a debitore falsi crimen obijcitur, nihilominus salva executione criminis, debitorem ad solutionem compelli oportere. PP. 111. Non. Maji, MAXIMO 11. & AELIANO COSS. 224.

Si Filius legatum consecutus ex testamento, quod verum putavit.

3. Idem A. Cassio.

Licet ex tabulis, quas sub nomine patris tui uxorem ejus, id est, novercam tuam, subrepto vero testamento falsas protulisse allegas, cum crimen admissum ignorares 5, legatum adscriptum tibi consecutus sis: tamen non impedieris accusationem contra eam impletis solennibus instituere. PP. XI. Kal. Jan. ALBINO & MAXIMO COSS. 228.

De his qui falsis rescriptionibus utuntur.

4. Idem A. Maximo.

Majorem severitatem exigit, ut merita eorum, qui falsis rescriptionibus 6 utuntur, digna coerceantur poena: sed qui deceptus est per alium, si suam innocentiam probat, & eum a quo accepit, exhibet, se liberat. PP. IV. Kal. Jan. ALBINO & MAXIMO COSS. 228.

An filius agere contra matrem possit.

5. Idem A. Petronio.

Falsi quidem crimen, vel aliud capitale movere vos matri 7 vestrae, secta mea non patitur: sed ea res pecuniarium compendium non aufert. si enim de fide scripturae, unde eadem mater vestra fideicommissum sibi vindicat dubitatio est: inquiri fides veritatis etiam sine metu criminis potest. PP. 111. Kal. Sept. AGRICOLA & CLEMENTE COSS. 231.

Si is, cui quid relictum est, falsas tabulas dixerit.

6. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Culpio.

Qui falsas tabulas 8 dixerit, nec obtinuerit: ad defuncti iudicium aspirare non potest. PP. XV. Kal. Apr. PHILIPPO A. & TITIANO COSS. 246.

De transactione.

7. Imp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. & VALER. C. Heliodoro.

Ipsae significas, cum primum adversarii instrumenta protulerunt, fidem eorum te habuisse suspectam. Facta igitur transactione 9, difficile est, ut is, qui provinciam regit, velut falsum, cui semel acquievisti, tibi accusare permittat. PP. 111. Kal. Jul. TUSCO & BASSO COSS. 259.

De codicillis.

8. Idem AA. & CC. Martino.

Si falsos codicillos ab his, contra quos supplicas, factos esse contendis: non ideo accusationem evadere possunt, quod 10 se illis negent uti: nam illis 11 prodest instrumenti usu abstinere, qui non ipsi falsi machinatores esse dicuntur, & quos periculo solus usus adstrinxerit. Qui autem compositis per scelus codicillis, in severitatem Legis Corneliae inciderunt: non possunt defensiones ejus recusando, crimen evitare. PP. 111. Kal. Jul. AEMILIANO & BASSO COSS. 260.

9. Imp. CARINUS & NUMERIANUS AA. Meso.

Si docueris apud Praesidem provinciae, ab intestato te heredem ejus existisse, qui codicillos scripserat, ordinarium est, ut in hereditatis possessione constitutus, fideicommissa praebes, quae jure relicta sunt: nisi consilium est codicillos falsos arguere. Quod si criminaliter 12 coeptum (judicium) interventu indulgentiae sopitum est, habes tamen residuam indagacionem, & potes de fide scripturae civiliter queri. PP. 111. Kal. Apr. CARINO 11. & NUMER. AA. COSS. 284.

(4. Fac. l. 31. ff. de rejudic. (5. v. l. 3. ff. h. t. (6. l. 25. l. ult. ff. eod. v. l. 1. ff. de concuss. (7. v. l. 1. §. 43. ff. de vi & vi l. 11. §. 1. ff. de accusat. (8. v. l. 6. ff. de heredit. pet. (9. v. l. 42. sup. de transact. l. 2. sup. de his quae ni indign. (10. Immo vide l. 19. pr. ff. h. t. (11. Immo vide d. l. 19. pr. (12. v. l. 16. infr. h. t.

De partu supposito.

10. Imp. DIOCL. & MAXIM. AA. Legitimo.

Cum suppositi 13 partus crimen patris tui uxori moveas, apud Rectorem provinciae instituta accusatione id proba. PP. XI. Kal. Octobr. DIOCLET. A. 11. & ARISTOBULO COSS. 285.

De lite pecuniaria.

11. Idem AA. & CC. Isidoro.

Si lis pecuniaria 14 apud pedaneos judices remissa est, etiam de fide instrumenti civiliter apud eos juxta responsum viri prudentissimi Pauli requiretur. P. P. X. Kal. Jul. DIOCLET. 111. & MAXIM. AA. COSS. 287.

De praescriptione temporis.

12. Idem AA. & CC. Primo.

Querela falsi 15 temporalibus praescriptionibus non excluditur, nisi viginti annorum exceptione: sicut cetera quoque fere 16 crimina. S. VI. Id. Jan. Viminacii, CC. COSS.

De effectu falsa scripturae.

13. Idem AA. & CC. Marco.

Qui velut praesentem (scripserit) res recepit suas, cum absens esset, conscripserit: non ignorantiam quicquam aufert, sed se criminis obligat periculo. PP. VI. Kal. Jan. Sirmii, AA. COSS.

De testamento celato, vel amoto.

14. Idem AA. & CC. Gentiana.

Eum, qui celavit 17, vel amovit testamentum, committere crimen falsi, publice notum est. S. Kal. Jan. Sirmii, AA. COSS.

De collusionione creditoris cum debitore.

15. Idem AA. & CC. Rufo.

Si creditor 18 colludens cum debitore suo tibi praedium venundedit, falsum commisit, & tibi nihil offecit, sed se magis criminis accusationi fecit obnoxium. S. XIII. Kal. Febr. CC. COSS.

De testamentis.

16. Idem AA. & CC. Fortunato.

De fide testamenti querenti duplex 19 via litigandi tributa est. Quamvis itaque per procuratorem accusationem persequi non potes, disceptatione tamen privata de ejusdem fide queri non prohiberis: cum reus ita conventus, non tantum ab alio juste, sed etiam ab eo, qui civiliter egit, solenniter accusari possit. S. VIII. Id. Febr. Sirmii, CC. COSS.

De temporis intervallo.

17. Idem AA. & CC. Menelao.

Sicut falsi testamenti, vel codicillorum scriptura, temporis intervallo firmari non 20 potest, ita vera, quae jure subsistit, non evanescit. Si itaque de fide delicti, vel per accusationem, vel per privatum iudicium quereris, Rector provinciae tunc demum eos exhiberi, de quibus interrogatio fieri non potest, jubebit, si prius ceteris iudiciis 21 fuerit commotus. S. 111. Id. Febr. Sirmii, CC. COSS.

De effectu falsi.

18. Idem AA. & CC. Maximo.

Ex initio falsi commissi justa possessio non paratur. Unde contra eos, quos de dominio fundi tecum contendere proponis, accusationem instituere potes. S. 111. Non. Mart. CC. COSS.

De feminis.

19. Idem AA. & CC. Cosmiz.

Et si ad te negotium pertinuit: etiam atque etiam tecum delibere debueras, ne improbam institueres accusationem, hoc instrumentum, in quo subscriperas, falsum arguere contendens. At cum mulieribus 22 in aliena causa falsi non sit concessum accusare, tu autem, hac eadem praedia te prius alii donasse, proponas: fieri tibi facultatem accusandi, contra juris postulas formam S. VIII. Id. Mart. CC. COSS.

De errore, & dolo.

Non est falsum sine dolo.

20. Idem AA. & CC. Rufino.

Nec 23 exemplum editionis precum aliter per errorem 24 scriptum, cum non nisi dolo (malo) falsum committentes crimini

(13. v. l. 1. supr. eod. (14. v. l. 9. supr. eod. (15. Fac. l. 17. infr. eod. (16. Vide tamen l. 29. §. 6. ff. ad leg. Jul. de adulter. l. 7. ff. ad leg. Jul. peculat. l. 13. ff. de SC. Silan. l. 19. in fin. ff. h. t. l. ult. ff. ad leg. Pomp. de par. ricid. (17. l. 2. ff. h. t. (18. l. 28. ff. eod. v. l. 3. ff. de probat. l. 3. ff. de fide instrum. (19. l. 5. §. 11. supr. l. 23. l. ult. infr. h. t. Adde l. un. infr. quando civilis actio. (20. Adde l. 29. l. 201. ff. de reg. jur. (21. Adde l. 8. in fin. infr. de quaest. (22. l. 1. §. 10. vers. arquin. Papinianus ff. ad SC. Turpil. (23. v. l. 2. supr. de errore advocat. l. 92. ff. de reg. jur. (24. l. 31. in fin. ff. h. t. l. un. infr. de mutat. nomin.

subjugentur, cognitionem dati Judicis moratur. S. XI. Kal. NOV. Dorostoli, CC. coss.

De decurionatu.

21. Imp. CONSTANTINUS A. Mechilio Hilario
Correctori Lucaniae, & Brutiorum.

Si quis Decurio testamentum, vel codicillos, aut aliquam deficientis scripserit voluntatem, vel conscribendis publicis, privatisque instrumentis praeberit officium: si falsi quaestio moveatur, Decurionatus honore seposito, quaestioni 26 (si ita poposcerit causa subdatur. Sed non statim desinit esse decurio, qui in hujusmodi facto fuerit deprehensus. Quantum enim ad municipales pertinet necessitates, decurio permanet: quantum ad rem gestam & veritatem reservandam, uti Decurionatus honore non poterit. † Nec vero is, qui ante fuerit tabellio, ad eludendam quaestionem super his, quae ante scripserit, factus Decurio, defendi hac poterit dignitate, quoniam scripturae veritas (si res poposcerit) per ipsum debet probari auctorem. Dat. III. Kal. Febr. SABINO & RUFINO coss. 316.

De inquisitione veritatis, & lite compendioso spatio terminanda.

22. Idem A. ad Maximum P. U.

Ubi falsi examen inciderit, tunc acerrima fiat indago argumentis 27, testibus, scripturarum collatione 28, aliisque vestigiis veritatis: Nec 29 accusatori tantum quaestio incumbat, nec probationis ei tota necessitas indicatur; sed inter utramque personam sit iudex medius: nec ulla interlocutione divulget, quae sentiat: sed tamquam ad imitationem relationis, quae solum *audiendi* mandat officium, praebeat notionem: postrema sententia, quid sibi liqueat, proditurus. † Ultimum autem finem strepitus criminalis compendioso spatio limitamus, quem litigantem discrepantemque fas non sit excedere: cujus exordium nascetur auspicio contestatae accusationis apud iudicem competentem: post probationem supplicio capitali 30, si id exigat magnitudo commissi; vel deportatione ei, qui falsum commiserit, imminente. PP. VIII. Kal. Apr. in foro Trajani, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTINO C. coss. 326.

De iudicio civili, & criminali.

23. Imppp. VALENS, GRATIANUS & VALENTINIANUS
AAA. ad Maximum P. P.

Damus licentiam litigantibus, si apud iudicem proferatur scriptura, de qua oritur aliqua disputatio, profitendi, utrum de falso criminaliter 31 statuatur, qui dubitet de instrumenti fide experiri, an civiliter. Quod si expetens vindictam, falsi crimen intenderit, tunc quaestione civili per sententiam terminata, criminis fiat indago: ut si quis tabulas testamenti, chirographa, attestationesque, necnon & rationes privatas, vel publicas, pacta, & epistolas vel ultimas voluntates, donationes, venditionesque, vel si quid prolatum aliud instituire conabitur: habeat accusandi facultatem. Civilis autem inquisitionis inter utrasque partes configentium levior examinatio procedat: cum iudex, qui praerit quaestioni, intentiones (actoris) falsas, & conficta crimina (reorum) ex legibus poenis competentibus possit ulcisci. PP. XVI. Kal. Maji, Romae, VALENTE V. & VALENTINIAN. AA. coss. 376.

De onere probationis.

24. Imppp. VALENT. THEODOSIUS & ARCAD. AAA.
Proculo P. U.

Præbemus licentiam, ut sive 32 civiliter, sive criminaliter (ut actor elegerit) super prolati codicillis, vel aliis instrumentis requiratur: incumbat probatio fidei instrumenti ei primitus, qui scripturam obtulerit, deinde ei, qui stricta instantia falsum arguere paratus sit. Dat. X. Kal. Febr. TIMASIO & PROMOTO coss. 389.

TIT. XXIII.

DE HIS, QUI SIBI ADSCRIBUNT IN TESTAMENTO.

I. Imp. ANTON. A. Valatio.

Quamquam ita interpretantur Jurisperiti, ut contra Legem Corneliam videatur se scribere heredem emancipatus filius patre

(25. Adde L. 15. inf. de decurionib. (26. v. Nov. 44. (27. v. L. 19. sup. de rei vindic. l. ult. sup. de probat. (28. v. L. 20. sup. de fide instrum. (29. l. ult. inf. h. t. (30. v. Nov. Leon. 77. (31. L. 16. sup. l. ult. inf. h. t. (32. d. l. 16.

TIT. XXIII. (1. L. 6. in fin. l. 17. ff. de leg. Corn. de falsis. l. 1. ff. de his qua pro non script.

dicante: tamen si cum testamentum non esset scriptum; justus successor futurus esset accepta bonorum possessione, filius patri, perinde habebitur, atque si sua manu pater tuus te heredem scripserit, functus dulci officio. Proposita Non. Sept. DUOBUS ASPRIS coss. 213.

2. Idem A. Atticio.

Si testator codicillis, quos scripserit, legatum quoque seu fideicommissum reliquisset tibi, sua 2 manu adscripsit: non videris in poenam Senatusconsulti incidisse. † Quod si testamentum distulisset codicillis significavit, legato quidem vel fideicommissum abstinere debes: poena vero falsi tibi Principali beneficio remittitur. PP. Id. Dec. ANTONINO A. IV. & BALBINO coss. 214.

3. Imp. ALEXANDER A. Martiali.

Senatusconsulto, & Edicto divi Claudii prohibitum est, eos, qui ad scribenda testamenta adhibentur, quamvis 3 dicente testatore aliquod emolumentum ipsis futurum scribere: & poena Legis Corneliae facienti irrogata est: cujus veniam deprecantibus ob ignorantiam, & profitentibus a relicto discedere, amplissimus Ordo, vel divi Principes veniam (120) dederunt. PP. XVII. Kal. Apr. MAXIMO II. & AELIANO coss. 224.

4. Idem A. Crescenti.

Quae in testamento uxoris 4 maritus sua manu legata sibi adscripserit, pro non scriptis habentur: & Legis Corneliae poena, si venia impetrata non est, locum habet. PP. III. Non. Febr. FUSCO II. & DEXTRO coss. 226.

5. Idem A. Gallieno militi.

Quod adhibitus ad testamentum commilitonis scribendum, iussus ejus servum tibi adscripsisti, pro non scripto habetur; & ideo id legatum petere non potes: sed secuto tenore indulgentiae meae poena Legis Corneliae tibi remittitur: in quam credo te magis errore, quam malitia incidisse. PP. XVII. Kal. Jun. FUSCO II. & DEXTRO coss. 226.

6. Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.
& CC. Aufidio.

Si libertatem 5 tibi manu tua impetrante domino adscripsisti, cum proponas dominum non subscripsisse, & suis literis tuam libertatem expressim agnovisse: ad impetrandam libertatem Senatusconsulti auctoritas tibi obest: poena tamen falsi tibi remittitur: quoniam non potueras contra domini voluntatem venire. PP. VI. Id. Dec. ipsis IV. & III. AA. coss. 290.

TIT. XXIV.

DE FALSA MONETA. I

I. Imp. CONSTANTINUS A. ad Januarium.

Quoniam nonnulli monetarii adulterinam 2 monetam clandestinis sceleribus exercent, cuncti cognoscant necessitatem sibi incumbere hujusmodi homines inquirendi: ut investigati tradantur Judici, facti conscios per tormenta illic prodituris, ac sic dignis suppliciis addicendi: Accusatoribus etiam eorum immunitatem 3 permittimus: cujus modus, quoniam dispar patrimonium est, a nobis per singulos statuitur. Si quis autem militum hujusmodi personam suspectam de custodia exire fecerit, capite puniatur. Appellandi etiam privato licentia denegetur. Si vero miles, aut promotus (in gradum) hujusmodi crimen incurrerit, super ejus

(2. L. 1. §. 8. l. 15. §. 1. ff. de leg. Corn. de falsis. (3. L. 5. inf. h. t. l. 14. §. 1. ff. de leg. Corn. de falsis. (4. v. L. 18. ff. d. t. (5. v. L. 15. §. 3. ff. d. t. TIT. XXIV. (1. L. 19. ff. de leg. Corn. de falsis. (2. L. 2. inf. h. t. l. 8. §. 19. ff. de leg. Corn. de falsis. (3. Adde L. 2. sup. pro quib. caus. serv.

nomine & gradu ad competentes Judices referatur. Domus vero, vel fundus, in quo hæc perpetrata sunt, si dominus in proximo constitutus sit, cujus incuria, vel negligentia punienda est, etsi ignoret, fisco vindicetur: nisi dominus ante ignorans, ut primum repererit, scelus prodiderit perpetratum: tunc enim possessio, vel domus ipsius, proscriptionis injuriæ minime subjacebit. Sin vero longissime ab ea domo, vel possessione abfuerit, nullum sustineat detrimentum: actore videlicet fundi, vel servis, vel incolis, qui ad hoc ministerium præbuerint, cum eo, qui fecit, supplicio capitali plectendis. Viduas autem ac pupillos speciali dignos indulgentia credimus, ut viduæ, nec in proximo constitutæ, domo sua vel possessione careant, si nulla apud ipsas tam gravis conscientia noxa resideat. Impuberes 4 vero, etiam si conscii fuerint, nullum sustineant detrimentum: quia ætas eorum, quid videat, ignorat. Tutores tamen eorum si in proximo fuerint, quoniam ignorare eos, quid in rebus pupilli geritur, non oportet, hæc poena expectabit, ut de rebus eorum, si idonei fuerint, tantum fisco inferatur, quantum a pupillo fuerat inferendum. Dat. xii. Kal. Dec. Romæ, CRISPO 11. & CONSTANTINO 11. CC. COSS. 321.

2. Idem A. ad Tertullium Præfectum urbis Africa. Si quis nummos falsa fusione formaverit, universas ejus facultates fisco (nostro) præcipimus addici. In monetis etenim tantummodo nostris cudendæ pecuniæ studium frequentari volumus: cujus obnoxii, Majestatis crimen committunt: & præmio accusatoribus 5 proposito, quicumque solidorum adulter poterit reperiri, vel a quocumque fuerit publicatus, illico omni dilatione sumpta, flammæ exustionibus mancipetur. Dat. Prid. Non. Jul. Mediol. CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. IV. COSS. 326.

3. Impp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA.
Rufino P. P.

Si quis super cudendo are vel Rescripto 6 aliquo, vel (etiam) adnotatione nostra sibi arripuerit facultatem, non solum fructum propriæ petitionis amittat, verum etiam poenam, quam meretur, excipiat. Dat. iv. Id. Jul. Constantinop. THEOD. A. III. & ABUNDANTIO COSS. 393.

TIT. XXV.

DE MUTATIONE NOMINIS. I

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Juliano.

Sicut in initio nominis 2, cognominis, prænominis recognitione singulos impositio libera est privatis: ita eorum mutatio innocentibus 3 periculosa non est. Mutare itaque nomen, vel prænomen, (sive cognomen) sive aliqua fraude licito jure, si liber es, secundum ea, quæ (sæpe) statuta sunt, minime prohiberis; nullo ex hoc præjudicio futuro. S. xv. Kal. Jan. AA. COSS.

TIT. XXVI.

AD LEGEM JULIAM DE AMBITU.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Pompejano
PP. Africa.

Nullus omnino principatum 2, vel numeratum, seu commentariensis gradum, vel cetera 3 officia repetere audeat: cum publicæ disciplinæ semel gesta sufficiant. At si quispiam promotorum denuo ad munus (etiam) per sacras literas irrepserit, quod ante doccebitur gessisse 4: cassatis, quæ hoc modo sunt impetrata, ad solutionem debiti primitus urgeatur; & qui contra fecerint, poenam deportationis (ad instar Legis Juliæ ambitus) excipiant. Dat. Prid. Kal. Jun. Mediolani, STILICHONE & AURELIANO COSS. 400.

(4. Adde l. 22. ff. de leg. Cornel. de falsis, l. 2. §. 19. ff. vi bon. (5. l. 1. vers. accusatorib. sup. h. t. (6. Fac. l. 6. §. 1. ff. ad leg. Jul. peculat.

TIT. XXV. (1. l. 13. ff. de leg. Cornel. de falsis. (2. v. l. 4. sup. de testam. (3. l. 20. sup. ad leg. Cornel. de falsis.

TIT. XXVI. (1. Lib. 48. D. 14. (2. v. l. ult. inf. ne rusticani ad ullum obseq. lib. 11. tit. 54. (3. v. l. 5. sup. de adfessorib. (4. v. l. 12. inf. de fufceptorib.

TIT. XXVII.

AD LEGEM JULIAM REPETUNDARUM. I

1. Impp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA.

Matroniano Duci & præfidi Sardinia.

Ut unius poena metus possit esse multorum: Ducem, qui male egit, ad provinciam, quam nudaverit, cum custodia competenti ire præcipimus: ut non solum, quod ejus non dicam domesticus, sed manipularius & minister 2 acceperit: verum etiam quod ipse a provincialibus nostris rapuerit, aut sustulerit, in 3 quadruplum exsolvat invitus. Dat. Prid. Id. Jun. Constantinop. ANTONIO & SYAGRIO COSS. 382.

2. Idem AAA. Floro PP.

Sciant judices super admissis propriis, aut a se, aut ab heredibus 4 suis poenam esse repetendam. Dat. Kal. Sept. ANTONIO & SYAGRIO COSS. 382.

3. Idem AAA. Marcellino PP.

Omnes cognitores, & Judices a pecuniis atque patrimoniis manus abstineant, neque alienum jurgium putent suam prædam. Etenim privatarum quoque litium cognitor, idemque mercator statutam legibus cogatur subire jacturam. Dat. Prid. Non. Apr. Mediol. MEROBAUDE 11. & SATURNINO COSS. 383.

4. Idem AAA. & ARCAD. A. Edictum
ad provinciales.

Jubemus (atque) hortamur, ut si quis forte Honoratorum, decurionum, possessorum, postremo etiam colonorum, aut cuiuslibet ordinis, a iudice fuerit aliqua ratione concussus: si quis scit venalem fuisse 5 de jure sententiam: si quis poenam, vel pretio remissam, vel vitio cupiditatis ingestam: si quis postremo quacumque de causa improbum iudicem potuerit approbare: is vel administrante 6 eo, vel post administrationem depositam in publicum prodeat, crimen deferat, delatum approbet: cum probaverit, & victoriam reportaturus, & gloriam. Dat. x. Kal. Jul. Constantinop. HONOR. N. P. & EVODIO COSS. 386.

5. Impp. VALENTIN. THEODOS. & ARCAD. AAA.
Severino Comiti rerum privatarum.

Unusquisque procurator, præpositus gynæcio, tabularius, susceptor, colonus, vel quicumque se a Comite domorum meminert esse concussus: cum ipse, cui pecuniam numeravit, (ab) administratione decesserit, intra anni spatium ad iudicium spectabilitatis tuæ, quidquid dederit, repetiturus occurrat: ut profit pensionibus, quidquid ille reddiderit. Si vero ex tempore depositæ administrationis præstituti temporis curricula transfluxerint, nulla vox advocacionis emergat: sed ipsos procuratores, præpositos, colonos, tabularios, susceptores, obnoxios ad solutionem volumus coarctari. Dat. Prid. Non. Jun. Mediolani, VALENTIN. A. IV. & NEOTHERIO COSS. 390.

6. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P. P.

Sancimus ejusmodi viros ad provincias regendas, accedere, qui ad honoris insignia non ambitione, vel pretio, sed probatæ 7 vitæ, & amplitudinis tuæ solent testimonio promoveri: ita sane, ut hi quibus hi honores per sedis tuæ, vel per nostram fuerint electionem commissi, jurati 8 inter gesta depromant, se pro administrationibus sortiendis neque dedisse quidpiam, neque duros unquam postmodum fore, sive per se, sive per interpositam (personam) in fraudem legis sacramentique: aut venditionis, donationisve titulo, aut alio velamento cujuscunque contractus: & ob hoc (exceptis (solis) sola-

TIT. XXVII. (1. Lib. 48. D. 11. §. 11. Inst. de publ. judic. (2. v. Nov. 20. (3. l. ult. in fin. inf. h. t. l. 3. sup. de adfessor. (4. l. 2. ff. h. t. l. ult. ff. ad leg. Jul. peculat. (5. v. l. 7. sup. quando provocare. (6. Nov. 80. 86. 87. 17. v. l. 1. sup. de offic. magist. off. (3. Nov. 8. c. 7.

tiis) nihil penitus tam in administratione positos, quam post depositum officium pro aliquo praestito beneficio tempore administrationis, quam gratuito meruerunt, accepturos. Et licet neminem divini timoris, contemnendo iusjurandum, arbitramur immemorem: ut salutis propriae ullum commodum anteponat: tamen, ut ad salutis timorem etiam necessitas periculi subjungatur: si quis ausus fuerit praebita sacramenta negligere, non modo adversus accipientem, sed etiam adversus dantem 9, accusandi cunctis tamquam crimen publicum concedimus facultatem: quadrupli poena eo, qui convictus fuerit, modis omnibus feriendo. Dat. vi. Kal. Dec. Constantinop. THEODOS. A. XVII. & FESTO COSS. 439.

T I T. XXVIII.

DE CRIMINE PECULATUS I.

1. Imppp. HONORIUS, THEOD., & ARCADIVS
AAA. Rufino PP.

Judices, qui tempore administrationis publicas pecunias subtraxerunt, Lege Julia peculatus obnoxii sunt, & capitali 2 animadversioni eos subdi jubemus. His quoque nihilominus, qui ministerium eis ad hoc adhibuerunt, vel qui subtractas ab his scientes susceperunt, eadem poena percullendis. Dat. v. Non. Martii, Constantinop. HONOR. X. & THEODOS. VI. AA. COSS. 415.

T I T. XXIX.

DE CRIMINE SACRILEGII I.

1. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEODOS.
AAA. Eutropio P. P.

Qui divinae Legis sanctitatem aut nesciendo omittunt, aut negligendo violant, & offendunt, sacrilegium committunt. Dat. III. Kal. Mart. Thessalonica, GRAT. A. V. & THEODOS. A. I. COSS. 380.

2. *

Qui 2 confugientem ad sanctam Ecclesiam sua auctoritate abstraxerit, verberatus, & tonsus deportator.

3. Idem AAA. ad Symmachum P. U.

Disputare 3 de 4 Principali iudicio non oportet: sacrilegii enim instar est, dubitare, an is dignus sit, quem elegerit Imperator. Dat. v. Kal. Jan. Mediolani, RICHOMERE & CLEARCHO COSS. 384.

4. Idem AAA. & ARCAD. A. Eutropio PP.

Ne 5 quis sine sacrilegii crimine desiderandum intelligat gerenda ac suspicienda administrationis 6 officium intra 7 eam provinciam, in qua provincialis, & civis habetur: nisi hoc cuiquam ultronea liberalitate per divinos affatus Imperator indulgeat. Dat. XVI. Kal. Aug. ARCAD. A. & BAUTONE COSS. 385.

T I T. XXX.

DE SEDITIOSIS I ET DE HIS, QUI PLEBEM CONTRA
REPUBLICAM AUDENT COLLIGERE.

1. Imppp. GRAT. & VALENT. & THEOD. AAA. Florentio
PP. Augustali.

Si quis contra evidentissimam iussionem, suscipere plebem, & adversus publicam disciplinam defendere fortasse tentaverit, multam gravissimam sustinebit. Dat. XIII. Kal. Jan. Constantinop. RICHOMERE & CLEARCHO COSS. 384.

(9. d. Nov. 8. c. 8. §. 1. l. 31. in fin. supr. de Episcopis Nov. 123. c. 2.

TIT. XXVIII. (1. Lib. 48. D. 13. §. 9. Inst. de publ. judic. (2. l. 3 l. 10. ff. h. t. §. 9. Inst. de publ. jud. Nov. Leon. 105.

TIT. XXIX. (1. Lib. 48. D. 13. l. 1. ff. ad l. Jul. majest. (2. Adde l. 2. supr. de his qui ad eccles. (3. v. l. 20. ff. de legib. l. 51 ff. ad leg. Aquil.

(4. Adde l. 5. supr. de divers. rescrip. (5. v. supr. lib. 1. tit. 41. (6. v. l. 10. supr. de assessorib. (7. l. 38. ff. ex quib. caus. maj.

TIT. XXX. (1. l. 3. ff. ad l. Jul. de vi publ. l. 38. §. 2. ff. de pœnis. l. 6. §. 9. ff. de injusto.

Corp. Jur. Civ. Tom. II.

2. Imp. LEO A. Erythrio P. P.

In nullis locis aut civitatibus tumultuosis clamoribus cujusquam interpellatio contumeliosa procedat, nec ad solam cujusquam invidiam petulantia verba jactentur: scituris his, qui hujusmodi voces emiserint, moverintque tumultus, se quidem fructum ex his, quæ postulant, nullatenus habituros, subdendos autem poenis iis, quas de seditionis 2, & tumultus auctoribus vetustissima decreta sanxerunt. Dat. 11. Non. Martii, Constantinop. LEONE A. VI. COSS. 474.

T I T. XXXI.

QUANDO I CIVILIS ACTIO CRIMINALI PRÆJUDICET, ET AN
UTRAQUE AB EODEM EXERCERI POSSIT.

1. Imppp. VALENS, GRATIAN., & VALENT. AAA.
Antonio PP.

Aplurisque Prudentium generaliter definitum est, quoties 2 de re familiari, & civilis & criminalis competit actio, utraque licere experiri: sive prius criminalis, sive civilis actio moveatur, (nec si civiliter fuerit actum, criminalem posse consumi:) & similiter e contrario. † Sic denique & per vim (de) possessione dejectus, si de ea recuperanda interdicto Unde vi fuerit usus, non prohibetur tamen etiam Lege Julia de vi, publico iudicio instituere accusationem. Et suppressio testamento, cum ex interdicto de tabulis exhibendis fuerit actum, nihilominus ex Lege Cornelia testamentaria poterit crimen inferri. Et cum libertus se dicit ingenuum, tan de operis civiliter, quam etiam lege Visellia criminaliter poterit perurgeti. Quo in genere habetur furti actio, & Legis Fabiae constitutio: & plurima alia sunt, quæ numerari non possunt: ut, cum altera prius actio intentata sit, per alteram, quæ supererit, iudicatum liceat retractari. † Qua juris definitione non ambigitur, etiam falsi crimen, de quo civiliter jam actum est, etiam criminaliter esse repetendum. Dat. Prid. Kal. Januar. Trev. VALENTE VI. & VALENTIN. II. AA. COSS. 378.

T I T. XXXII.

DE CRIMINE EXPILATÆ I HEREDITATIS.

1. Imp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Euphratæ.

Expilatæ quidem hereditatis crimen intentare non potes, quando communis aræ rebus inspectis claves 2 traditas coheredi profiteris. Sed cum de his exhibendis apud Iudicem quæreretur, rationem compensationis induci non oportuit. Exhibitis enim, quæ desiderantur, suis iudicibus directa quæstio relinquenda est. PP. XII. Kal. Maji, ANTON. A. II. & GETA II. COSS. 206.

2. Imp. ANTONINUS A. Primo.

Expilatæ hereditatis crimen adversus vitricum 3 adito Praefide provinciae non prohiberis persequi. P. P. VII. Kal. Mart. LAETO II. & CEREALE COSS. 256.

3. Idem A. Helenæ.

Si avi hereditatem adiisti, expilatæ hereditatis crimen adversus novercam 4 quondam tuam experiri non prohiberis. S. PP. III. Non. Januar. SABINO & ANULINO COSS. 217.

4. Imp. GORDIANUS A. Basso.

Aversus uxorem 6, (quæ socia rei humanae, atque divinae domus suscipitur) mariti diem suum functi successores, expilatæ

(2. v. l. 1. ff. ad l. Jul. Majest. l. 38. §. 2. ff. de pœnis.

TIT. XXXI. (1. v. l. 16. supr. ad l. Corn. de falsis adde tit. de ordine iudiciorum supr. (2. l. 4. ff. de publ. judic. l. 15 ff. de accusat. l. 60. ff. de oblig. & act.

TIT. XXXII. (1. Lib. 47. D. 19. (2. v. l. 2. supr. de periculo & com. l. 74. ff. de contrah. emt. (3. Adde l. 3. infr. h. t. (4. v. l. 2. supr. eod. (5. Immo vide l. 33. ff. de negot. (6. l. 5. ff. h. t. l. 1. ff. de ritu nups. l. 1. ff. rer. amot.

Z

hereditatis crimen intendere non possunt. Et ideo res quas per eandem abesse quereris, competenti in rem actione, vel si dolo malo fecerit, quominus res mobiles possideret, ad exhibendum persequere. Fructus autem rerum, quas mala fide tenuit, licet expilata hereditatis non teneatur crimine, suos non facit, sed extantes & quidem vindicari, consumptos vero condici & posse, proculdubio est. PP. XVI. Kal. Mart. ATTICO & PRÆTEXTATO COSS. 243.

5. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Simplicio.

Oportent expilata hereditatis emolumentum legatorum, maxime suspensa cognitione, legatariis iisdemque libertis & defuncti auferri non oportet. PP. XV. Kal. Febr. PHILIPPO A. & TITIANO COSS. 246.

6. Iidem A. & C. Basilica.

Expilata hereditatis crimen loco in deficientis actionis intendi consuevisse, non est juris ambigui. PP. X. Kal. Mart. ÆMILIANO & AQUILINO COSS. 250.

TIT. XXXIII.

DE VI BONORUM I RAPTORUM.

1. Imp. GORDIANUS A. Valerio.

Vi bonorum raptorum actionem, quæ cum poena sua retrahit ablata: potius ad mobilia, moventiaque & 2, quam ad fundos per injuriam occupatos spectare, explorati juris est. PP. Kal. Mart. ATTICO & PRÆTEXTATO COSS. 243.

2. Imp. VALER. & GALLIEN. AA. Longino.

Si res mobiles, & 3 quarum in te fuerat dominium perfecta donatione translata, violenter heres donatricis abripuit, vi bonorum raptorum actionem intra annum quidem quo experiendi potestas fuit, in quadruplum & 4: post annum, in simplum intendere non vetaris. PP. VII. Maji, SECULARI & DONATO COSS. 261.

3. Imp. DIOCL. & MAXIM. AA. & CC. EVELPITO.

Res obligatas & sibi creditorem vi rapientem, non & 6 rem licitam facere, sed crimen committere convenit, eumque etiam vi bonorum raptorum intra annum utilem in quadruplum & 7, post simpli actione conveniri posse non ambigitur. S. VII. Kalend. Jan. SIRMII, AA. COSS.

4. Iidem AA. & CC. ATTALO.

De his, quæ servus alienus nesciente domino vi rapuisse dicitur, intra annum in quadruplum & 8 vi bonorum raptorum, & post in simplum dominus ejus noxali actione apud competentem judicem conveniri potest. S. II. Kal. Maji, HERACLIA, AA. COSS.

5. Iidem AA. & CC. DOMNÆ.

Sive negotiorum gestorum contra novercam tuam, sive actione vi bonorum raptorum, (quæ in quadruplum & 9 intra annum utilem, ac post in simplum constituta est) putaveris agendum: notatione Prædiali poteris experiiri. S. VI. Non Jul. PHILIPPOLI, AA. COSS.

TIT. XXXIV.

DE CRIMINE STELLIONATUS I.

1. Imp. ALEXANDER A. Alexandro.

Improbum quidem & criminofum fateris, easdem res pluribus pignoraſſe, (dissimulando) in posteriore obligatione, quod eadem aliis pignori tenerentur. Verum securitati tuæ consulere & 2, si oblato omnibus debito, criminis instituendi causam peremeris: PP. V. Id. Febr. POMPEJANO & PELIGNO COSS. 232.

2. Imp. GORDIANUS A. Valenti.

Si pater tuus in te donationem contulerit, & cura emancipatus esses, traditionibus & 3 dominium corporum in te tranſtulit, posteaque creditorem sortitus, quasdam earum rerum sine voluntate tua velut proprias suas obſtrinxit: jus tuum non laſit. Nec tamen injuria ſtellationis crimine petetur, cum ſciens & 4 alienam rem, te non consentiente, velut propriam suo nexerit creditori. PP. II. Kal. Jan. GORDIANO A. & AVIOLA COSS. 240.

3. Iidem A. Hadriano.

Stellationatus accusatio inter crimina publica & non habetur. PP. Id. Apr. ATTICO & PRÆTEXTATO COSS. 243.

4. Imp. PHILIPPUS A. Euprepio.

Ignorantia creditoris, cui res & 6 pridem apud alios obligata, pignoris, sive hypothecæ jure obligantur, non sine periculo capi consuevit. Etenim hujusmodi fraudes ad extraordinariam criminis executionem spectare, ac ſtellationatus commissum severissime esse vindicandum, sæpe reſcriptum est: Proinde sive ignorantiam tuam debitor circumvenire tentaverit, sive obligatione rite perfecta, participato fraudis consilio, per subjectam quasi anteriorem personam, dispendium tuum ad occultum compendium suum (trahere) pertentat: adire suum judicem potes, congruentem juri, ac debita religioni ſententiam relaturum. PP. VI. Idib. Maji. PEREGRINO & ÆMILIANO COSS. 245.

TIT. XXXV.

DE INJURIIS I.

servo alieno injuriam facere non licet.

1. Imp. ALEXAND. A. Syro.

Nec servis quidem alienis licet & 2 facere injuriam. PP. XI. Kal. Dec. ALEXANDRO A. COS 223.

De Marito, & patre affecto injuria.

2. Iidem A. Clavo.

Injuriarum actio tibi duplici & 3 ex causa competit, cum & maritus & 4 in uxoris pudore, & pater & 5 in existimatione filiarum propriam injuriam pati intelligantur. P. P. prid. Id. Maji, AGRICOLA & CLEMENTE COSS. 231.

Delator appellatus si quis fuerit.

3. Imp. GORDIANUS A. Donato.

Si non es nunciator, vereri non debes, ne ea propter, quod injuriæ faciendæ gratia quidam te veluti delatorem esse dixerunt, opinio tua maculata sit. Quinimo adversus eos, qui minuendæ opinionis tuæ causa aliquid confecisse comperientur, more solito injuriarum judicio experiiri potes. PP. II. Id. Jul. GORDIANO A. & AVIOLA COSS. 240.

Sacerdoti in habitu, & ornamento facta injuria.

4. Imp. VALERIANUS & GALLIENUS AA.

& VALER. C. Vindio.

Atrocem & 6 sine dubio injuriam esse factam manifestum est, si tibi illata est, cum & 7 esses in Sacerdotio, & dignitatis habitum & 8, & ornamenta præferres: & ideo vindictam potes eo nomine persequi. PP. II. * ÆMILIANO & BASSO COSS. 260.

(7. l. 2. in fin. ff. h. t. (8. v. l. 22. supr. de rei vind. (9. v. l. 3. supr. de condiç. ex lege. (10. l. 23. ff. de fideicommiss. libert. (11. l. 2. ff. h. t. v. l. 3. supr. familiae ercisc.

TIT. XXXIII. (1. l. 47. D. 8. Lib. 4. Inst. 2. (2. l. 2. infr. h. t. l. 1. §. 31. l. 4. in fin. ff. de vi & vi. (3. l. 1. supr. h. t. (4. v. l. 4. infr. eod. (5. l. 2. §. 18. in fin. ff. eod. (6. Immo vide l. 55. ff. de furtis. (7. v. l. 4. inf. h. t. (8. l. 2. in fin. l. 3. in fin. supr. l. 5. infr. l. 2. ff. pr. Inst. vers. quadrupli. eod. (9. v. l. 4. supr. eod.

TIT. XXXIV. (1. Lib. 47. D. 20. (2. v. l. 65. ff. de furtis. (3. l. 20. supr. de pactis. (4. l. 16. §. 1. ff. de pignorib. (5. l. 1. ff. h. t. l. 3. ff. de ex. traod. crim. (6. l. 30. in fin. ff. de pignorib.

TIT. XXXV. (1. Lib. 47. D. 10. Lib. 4. Inst. 4. (2. v. §. 3. Inst. h. t. adde l. 1. §. 3. l. 15. §. 34. ff. eod. (3. l. 1. in fin. l. 30. ff. eod. (4. d. l. 1. §. 3. & §. ult. l. 18. in fin. ff. §. 2. Inst. eod. (5. d. §. 3. d. §. ult. d. l. 18. d. §. 2. (6. l. 7. in fin. l. 3. §. 9. Inst. eod. (7. Fac. l. 16. §. 5. & 6. ff. de panis (8. l. 9. ff. h. t.

Veritas a calumnia excusat: Anno actio injuriarum
prescribitur.

5. Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.
& CC. Victorino.

Si non 9 convicii consilio 10 te aliquid injuriosum dixisse pro-
bare potes: fides veri a calumnia te defendit. † Si autem in-
rixam inconsulto 11 calore prolapsus homicidii convicium objeci-
sti, & ex eo die annus excessit: cum injuriarum actio annuo tem-
pore prescripta sit, ob injuriæ admittam conveniri non potes.
PP. VI. Id. Jul. ipsi AA. IV. & 111. coss. 290.

Libertis a patrono injuria fieri non debet.

6. Idem AA. & CC. Flaviano.

Cum nec patronos 12 injuriam facere libertis, juris æquitas per-
mittat, proponasque patronæ heredes eum, qui libertatem a
defuncta acceperat, injuriis afficere: curabit Præses provinciæ
contumeliam heredum compescere. PP. Id. Jul. ipsi IV. & 111.
AA. coss. 290.

7. Idem AA. & CC. Potentiano.

Injuriarum causa non publici judicii, sed privati 13 continet que-
relam. S. Idib. Febr. Sirmii, AA. coss.

Servi injuriati nomine dominus agit.

8. Idem AA. & CC. Martiano.

Dominum pro atroci injuria, quam servus ejus passus est, Edicti
perpetui actione proposita, qua domini 14 etiam haberi rationem
verbis evidenter exprimitur, agere posse convenit. S. xv.
Kal. Nov. AA. coss.

Servum liberum vocans injuriarum tenetur.

9. Idem AA. & CC. (Nonnæ.)

Qui liberos infamandi gratia dixerint servos 15, injuriarum
(actione) conveniri posse, non ambigitur. S. vi. Kal. Dec.
Nicomedia, AA. coss.

10. Idem AA. & CC. Paulo.

Si quidem aviam tuam ancillam (infamandi causa) Reipublicæ ci-
vitatatis Comanensium dixit Zenodorus, ac recessit: injuriarum
actione statim conveniri potest. Nam si perseveret in ea causa fa-
cultatem habens agendi, super hac re deferri querelam, ac tunc
demum, si non esse serva fuerit pronunciata, postulari convenit.
S. xv. Kal. Jan. Nicomedia, CC. coss.

De personis illustribus.

11. Imp. Zeno 16. A. Alexandro viro illustri.

Si quando injuriarum actio (quam inter privata 17 delicta veteris
juris auctores connumerant) (a) quibuslibet illustribus viris mi-
litantibus, seu sine cingulo constitutis, vel uxoribus eorum, vel
liberis masculini sexus, vel filiabus (superstitibus videlicet patri-
bus aut maritis illustribus) vel si adversus aliquam hujusmodi per-
sonam criminaliter forte movetur, ipsos quidem, qui super injuria
queruntur, inscribere: aliaque omnia, quæ in hujusmodi causis
de more procedunt, solemniter observare decernimus: licere 18
autem illustri accusatori, vel reo, vel uxori, vel liberis masculini
sexus, seu filia illius illustri superstitis, causam injuriarum 19,
in quocumque judicio competenti per procuratorem criminaliter sus-
cipere, vel movere: sententiam Judice contra eum, qui procura-

tozem dederit (etsi ipse non adesset judiciis, sed causam per procura-
torem diceret) legibus prolatur: ita tamen, ut nullus alius idem
sibi audeat vindicare, vel a nostro numine postulare: sed in ceteris
judiciorum, qui hastenus obtinuit, in posterum servetur in-
tactus. Dat. v. Non. Nov. Constantinop. ILLO V. C. cos. 478.

TIT. XXXVI.

DE FAMOSIS I LIBELLIS

1. Imp. VALENTINIANI, & VALENTIS
AA. Edictum.

Si quis 2 famosum libellum sive domi, sive in publico, vel que-
cumque loco ignarus repererit, aut corrumpat, priusquam alter
inveniat, aut nulli confiteatur inventum. Si vero non statim eas-
dem chartulas vel corruperit, vel igni consumserit, sed vim ear-
um manifestaverit: sciat se quasi auctorem hujusmodi delicti ca-
pitali sententiæ subjugandum. Sane, si quis devotionis suæ, ac
salutis 3 publicæ custodiam gerit: nomen suum profiteatur, & quæ
per famosum (libellum) persequenda putaverit, ore proprio edi-
cat: ita ut absque ulla trepidatione accedat, sciens (quidem,) quod
si assertionibus (suis) veri fides fuerit opitulata, laudem
maximam & præmium 4 a nostra clementia consequetur: Sin ve-
ro minime hæc vera ostenderit, capitali pœna plectetur. Hujus-
modi autem libellus alterius opinionem non lædat. PP. XVI. Kal.
Mart. Constantinop. VALENTINIANO, & VALENTE AA. coss. 365.

TIT. XXXVII.

DE ABIGEIS. I

1. Imp. HONORIUS & ARCAD. AA. Pasiphilo.

Abasti animalis accusatio non solum cum inscriptionibus, sed
etiam sine ea observatione proponitur. Dat. VII. Kal. Jan.
Mediolani, OLYBRIO, & PROMOTO coss. 395.

TIT. XXXVIII.

DE NILI I AGGERIBUS 2 NON RUMPENDIS.

1. Imp. HONOR. & THEODOS. AA. Anthemio PP.

Si quis posthac per Ægyptum intra duodecimum cubitum, flumi-
nis Nili ultra fluentia de propriis ac vetustis usibus, præter fas,
præterque morem antiquitatis, usurpaverit: flammis eo loco con-
sumatur, in quo vetustatis reverentiam, & propemodum ipsius
Imperii appetierit securitatem; conscis & consortibus ejus depor-
tatione constringendis: sic ut nunquam supplicandi eis, vel reci-
piendi civitatem, vel dignitatem, vel substantiam licentia tri-
buatur. Dat. x. Kal. Oct. Constantinop. HONORIO VIII. & THEOD.
III. AA. coss. 409.

TIT. XXXIX.

DE HIS, QUI LATRONES VEL ALIIS CRIMINIBUS
REOS OCCULTAVERINT. I.

1. Imp. VALENT. VALENS & GRATIAN. AAA.
Simplicio Vic.

Eos, qui secum alieni criminis reos occultando eum eamve so-
ciarunt: par ipsos 2 & reos pœna expectet: & latrones quis-
quis sciens susceperit, & eos offerre Judicibus superfederit, sup-
plicio corporali, aut dispendio facultatum, pro qualitate personæ
& judicis æstimatione plectetur. PP. Romæ. x. Kal. Apr. GRA-
TIANO A. III. & EQUITIO, V. C. coss. 374.

2. Imp. MARTIAN. A. Palladio P. P.

Si qui latrones, seu alii criminibus obnoxii in possessione degunt
seu latitant: dominus possessionis si praxto est, aut procura-
tores, si dominus abest, seu primates possessionis ultro eos offerant:
aut si scientes hoc sponte non fecerint, conveniantur a civili offi-

(9. l. 15. §. 38 l. 18. ff. eod. (10. l. 3. §. 1. ff. eod. l. 41. in fin. ff. ad
l. Aquil. adde l. 50. §. 2. l. 53. ff. de furtis §. 7. Inst. de oblig. quæ ex
delicto. l. 1. sup. ad l. Corn. de ficar. l. 1. §. 8. de ventre insp. (11.
l. 16. §. 2. ff. de panis. l. 48. ff. de reg. jur. v. Novell. 2. Constans. Porphyro-
genetæ. in fin. (12. l. 7. §. 2. ff. h. t. l. 10. §. 12. ff. de in jus vocando.
(13. l. ult. inf. h. t. (14. l. 15. §. 46. ff. eod. (15. l. 10. infr. l. 11. l. 12.
ff. eod. l. 31. supr. l. 39. §. 1. ff. de liberali causa. (16. v. §. 10. Inst. h. t.
(17. l. 7. supr. eod. l. 42. §. 1. ff. de procur. (18. v. l. 25. supr. d. t. de pro-
curat. (19. v. l. ult. sup. ubi senator. l. pen. ff. de publ. jud. l. 1. ff. an per
al. caus. appell. adde Nov. 71.

TIT. XXXVI. (1. Lib. 47. D. 10. (2. §. 1. Inst. l. 5. §. 9. l. 15. §. 29. ff. de
injuriis. (3. l. 33. ff. d. t. (4. l. 5. in fin. ff. d. t.

TIT. XXXVII. (1. Lib. 47. D. 14.

TIT. XXXVIII. (1. v. l. 1. §. 5. ff. de fluminib. (2. v. l. 10. ff. de
extraord. crim.

TIT. XXXIX. (1. Lib. 47. D. 16. (2. l. 1. ff. de receptat.

cio, ut tradant provinciali iudicio eos, qui requiruntur, sub examine iudicis arguendos, & poenas post documenta congruas subituros. si vero exhibere eos domini, vel Procuratores, aut primates possessionis distulerint: tunc ad detinendos eos (adito Restore provinciarum, omnia civilia dirigantur auxilia. † Sin autem propter multitudinem forte eorum, qui in prædio sunt civile administriculum sufficere non posse constiterit: & memorati audaces executoribus objecerint manus, vel alias parere distulerint: tunc iudex provinciarum memor periculi sui, a viro devoto Tribuno, seu primatibus militum, qui in locis sunt, auxilium postulet: ut per militarem 3 manum correpti accusati, sine damno, atque læsione cujuslibet legibus offerantur: & convicti poenas subeant competentes: non ignaro iudice, quod si adversus innocentem ob aliam causam præter latronum, vel aliorum nocentium investigationem, militare auxilium postulaverit, aut dispendiis affici provinciales concesserit: commotione severissima (prout tua celsitudo iudicaverit) ferietur. Tribuni etiam, si primates numerorum (vel officiorum) qui in locis sunt, admoniti per literas iudicis, si administriculum (militare) præbere noluerint; aut si ab ipsis militibus damna provincialibus inflictæ fuerint: & damna & læsiones restituent, & acerrima condemnatione pro arbitrio virorum illustrium magistrorum militum ferientur. † Domini etiam prædiorum, seu procuratores, vel primates possessionum impunes non manebunt, si præsentibus, & scientes ultro non obtulerint: nocentes, vel admoniti eos exhibere distulerint: nam dominus quidem possessionis dominio privabitur: procurator vero seu primates perpetuo exilio subjacebunt. † Ipsi quoque procuratori vel domino, vel primatibus possessionis, si se ad comprimendam multitudinem rusticorum sufficere non posse firmaverint, & id provinciali iudicio palam fecerint: militare auxilium Rector provinciarum a tribuno, vel a primatibus numeri fieri dari, si civilia non posse sufficere perspexerit. † Si vero post exhibitionem eorum, qui accusantur, innocentes eos esse, & nihil criminis admisisse patuerit: accusatores poenam, quæ in calumniatores exercenda est, subire cogantur. † Exemplo enim grave est, sic latronem requirere, ut innocentibus periculum fiat. Dat. XII. Kal. Jan. Constantinop. MARINIANO & ASCLEPIODOTO COSS. 423.

TIT. XL.

DE REQUIRENDIS 1 REIS.

1. Imp. ANTONINUS A. Rustico.

Cum absenti reo gravia crimina intentantur, sententia 2 festinari non solet, sed adnotari, ut requiratur: non utique ad poenam, sed ut potestas ei sit purgandi se, si potuerit. Postquam vero requirendus factus intra annum redierit: si se crimine purgaverit, res arbitrio iudicis signatas recipiat. Sin vero intra id tempus reversus, post intimationem suam fuerit defunctus: etsi necdum se purgaverit, ad heredes proprios res transmittat. Dat. * TUSCO & BASSO COSS. 212.

2. Imp. CONSTANTINUS. A. ad Januarium.

Quicumque ex eo die, quo reus fuerit in iudicio petitus, intra anni 3 spatium noluerit adesse iudicio, res ejus fisco vindicentur. Et si postea repertus, nocens fuerit deprehensus, severiori sententiæ subijgetur. Sed si argumentis evidentibus & probatione dilucida innocentiam suam purgaverit, nihilominus facultates ejus penes fiscum remaneant. Dat. Id. Jan. CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. COSS. 319.

3. Imp. HONOR. & THEODOSIUS AA. Palladio PP.

In pecuniariis causis edictum contra latitantem propositum, estimationem ejus non lædit. † Criminalis vero programmatis 4 tenor hanc tantam ferat de jure censuram, ut inter reos adnotati, non tantum patrimonium debeat transferre, sed & famæ existima-

tionem lædere. Dat. VII. Kalend. Jul. Ravennæ EUSTACHIO & AGRICOLA COSS. 421.

TIT. XLI.

DE QUESTIONIBUS. I

De servis.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Antianæ.

Questionem 1 de servis contra dominos haberi non oportet: exceptis adulterii 2 criminibus, item fraudati census 3 accusationibus, & crimine Majestatis 4, quod ad salutem Principis pertinet. In ceteris autem quamquam ea, quæ servus contra dominum dixit, iudicari sententiam formare non debeant, tamen si aliis quoque probationibus fides veritatis investigetur, præscriptionis invidia evanescit. † In pecuniariis vero causis nec 5 inopia probationum servos contra dominum interrogari posse, manifestum est. PP. Kal. Jan. FUSCO 11. & DEXTRO COSS. 197.

2. Idem AA. & CC. Catulo.

Insolitum est, & grave exemplo, audiri servos adversus tutores, vel matrem 6 dominorum suorum: nisi tutelæ agatur. Proposita tertio Id. Sept. CHILONE & LIBONE COSS. 205.

De feminis.

3. Imp. ANTONINUS A.

Cum cognitionaliter audisset, dixit: Primum servi alieni interrogabuntur, si præstita fuerint ex tante scelere argumenta, ut videantur accedere ad verisimilia 7 causæ crimina. §. 1. Ipsa quoque mulier torquebitur. Neque enim agere feret, si torqueatur, quæ venenis suis viscera hominis extinxit. PP. VII. Kal. April. SABINO & ANULINO COSS. 217.

De convictis & confessis aliis accusantibus.

4. Pars ex Rescripto Imp. ANTONINI A.

Sicuti 8 convictis confessisque ad societatem 9 scelerum vocantibus eos, a quibus apprehensi, custoditive sunt, facile credi non oportet: ita si evidentibus rationibus post commissum communiter facinus, ad evitandam de se sententiam, id fecisse fuerint probati, publicæ vindictæ non sunt subtrahendi. PP. V. Kal. Aprilis, SAB. & ANULINO COSS. 217.

De his, qui libertatem supremo iudicio acceperunt.

5. Imp. ALEXANDER A. Respecto.

Nec si mors testatoris vindicanda est, quæstioni indiscrete subjiciuntur hi, qui libertatem 10 supremo iudicio acceperunt. PP. VI. Id. Mart. JULIAN. 11. & CRISPINO COSS. 225.

De servis & libertis.

6. Imp. GORDIANUS A. Herodiano.

Pridem placuit, domestica servorum seu libertorum propriorum, vel maternorum interrogatione in causis ad dominos, vel patronos pertinentibus, abstinendum esse: ut neque pro 11 his, neque adversus 12 eos in capitalibus, vel pecuniariis 13 quæstionibus veritatis vim obtinere possit, quod in confessionem ab eis fuerit deductum. PP. VII. Id. Maji, SABINO & VENUSTO COSS. 241.

De servis.

7. Imp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Urbanæ.

Servos, qui proprii indubitate juris tui probabantur, ad interrogationem nec offerente 14 te, produci sineremus: tantum abest, ut etiam invito te, contra dominam vocem rumpere cogantur. PP. Kal. Novemb. MAXIMO 11. & AQUILINO COSS. 286.

De militibus, & militia missis & eorum filiis. 1. Non esse a tormentis incipiendum: & de conditione personarum spectanda.

3. Idem AA. ad Salustium Præsidem.

Militibus 15 neque tormentis, neque plebejorum poenis in causis criminum subijungi concedimus, etiam si non emeritis stipendiis suis videantur esse dimissi: exceptis his, quibus scilicet ignominiose sunt soluti: quod & in filiis militum & veteranorum servabitur. §. 1. Oportet autem iudices nec in his criminibus, quæ publicorum iudiciorum sunt, ad investigationem veritatis a tormen-

(3. v. l. 68. ff. de rei vind. l. 3. ff. ne vis fiat.)

TIT. XL. (1. Lib. 48. D. 17. (2. l. 1. ff. h. t. Nov. 134. c. 5. l. 6. supr. de accus. l. 2. supr. de sent. ex periculo. (3. l. 1. §. l. 4. ff. h. t. (4. v. supr. comminat. epist. programm.

TIT. XLI. (1. Lib. 48. D. 18. (1. l. 1. §. 16. ff. h. t. (2. l. 17. pr. ff. eod. l. 8. §. 6. supr. de repud. (3. l. 1. §. 20. ff. h. t. (4. l. 7. in fin. l. 8. §. 1. supr. ad leg. Jul. majest. Adde l. 7. §. 2. ff. eod. (5. l. 6. in fin. infr. h. t. (6. l. 10. §. 2. ff. eod. (7. l. 3. §. 1. infr. eod. (8. Adde l. 1. §. 26. ff. eod. (9. v. l. 37. in fin. supr. de liberali causa. l. ult. supr. de accus. (10. l. 19. ff. h. t. l. 1. §. 5. ff. ad SC. Silan. (11. v. l. 7. infr. h. t. (12. l. 1. §. 5. ff. eod. (13. l. 1. in fin. supr. eod. (14. l. 6. supr. l. 18. §. 7. ff. eod. (15. l. 11. infr. eod. l. 9. §. 11. de pæn.

tis *initium* 16 *sumere*; sed argumentis 17 primum verisimilibus 18 probabilibusque uti. Et si his veluti certis iudiciis 19 ducti, investigandæ veritatis gratia ad tormenta putaverint esse veniendum: tunc id demum facere debebunt, si personarum conditio patiat. Hac enim ratione etiam universi provinciales nostri fructum ingenitæ nobis benevolentia consequentur. PP. sine die & cos.

De causa ingenuitatis.

9. Idem AA. & CC. ad Charissimum Præsidentem Syriae.

Super statu *ingenuitatis* per omnia interrogationum & quaestionum vestigia 20 decurrendum est: ne alienæ forte sordidæ stirpes splendidis & ingenuis natalibus audeant subrogari: vel propria ac debita, per compositam quaestionem, quibus competit, successio denegetur. Dat. vi. Id. Maji. Emissa ipsis iv. & 111. AA. coss. 290.

Si testamentum falsum dicatur.

10. Idem AA. & CC. Ptolemaeo.

Cum testamentum falsum esse proponas: ad illuminandam veritatem *servos* hereditarios 21 (et si libertas eis ab eo, qui se heredem esse adfirmet, præstita est) etiam per tormenta interrogari, Constitutionibus Principum est permissum. PP. vi. Kal. septembr. ipsis iv. & 111. AA. coss. 290.

De his, qui torquendi non sunt.

11. Idem AA. & CC. Boetho.

Divo Marco placuit, *eminentissimorum* 22 quidem, necnon etiam *perfectissimorum* virorum usque ad pronepotes 23 liberos, *plebejorum* pœnis, vel quaestionibus non subijci: si tamen propioris gradus liberos, per quos id privilegium ad ulteriorem gradum transgreditur, nulla violati pudoris macula adspersit. † In *Decurionibus* 24 autem & filiis 25 eorum hoc observari vir prudentissimus Domitius Ulpianus in publicarum disceptationum libris ad perennem scientiam, & memoriam refert. PP. v. Kal. Decemb. ipsis iv. & 111. AA. coss. 290.

Si quaestio sit de dominio servi.

12. Idem AA. & CC. Aspro.

Quoties de dominio *mancipiorum* tractatur, si aliis probationibus veritas illuminari non possit: de se 26 ipsa esse cum tormentis interroganda, juris auctores probant. PP. 111. Idib. Maji, Sirmiæ, TIBERIANO & DIONE coss. 291.

Si de hereditate queratur.

13. Idem AA. & CC. Philippæ.

Hoc, quod placet, si de hereditate queratur, hereditarios 27 *servos* interrogari, tibi opitulari non potest. Ubi enim de dominio incertum est, ad quem hereditas pertineat: merito per interrogationem hereditarii servi ad veritatis indaginem pervenitur. Tu autem adseverando servum communem esse, non dubitas portionem ad eum pertinere, contra quem interrogari eum cupis. Quæ res quaestionem haberi ab eo non permittit: cum nec communis 28 servus adversus dominum communem, qui non occidisse socium (suum) dicatur, interrogari possit. S. 111. Kal. Maji, Heraclia, AA. coss.

De servis.

14. Idem AA. & CC. Constantio.

Servos non solum pro dominis, sub quorum dominio sunt constituti, sed nec pro his, quorum antea fuerunt, interrogari posse constat. S. viii. Idib. April. CC. coss.

15. Idem AA. & CC. Maximo.

Interrogari *servos* de facto suo 29, non solum in criminali causa, sed etiam in pecuniaria (veluti quando per eos depositi, vel commodati nomine, vel aliis causis legibus cognitæ res aliis præstitæ sunt) posse, non ambigitur. S. v. Id. April. CC. coss.

De decurionibus.

16. Imppp. VALENTIN. VALENS & GRATIAN AAA. ad Antonium PP. Galliarum.

Decuriones 30 sive ob alienum, sive ob suum debitum exortes omnino earum volumus esse pœnarum, quas fiducialia & tormenta constituunt. Quod quidem capitale iudici erit, si in contu-

tumeliam ordinis exitiumque tentetur. Majestatis 31 tantummodo reos, & (quæ nefanda dicta sunt) conscios, aut molientes ex ordine municipali, maneat tam cruenta conditio. Dat. xv. Kal. Octob. Treveris, VALENTE v. & VALENTINIANO AA. coss. 376.

De his qui torqueri non debent.

17. Imp. HONOR. & ARCAD. AA. Messala PP.

Nihil sibi deficiens a justitia indignatio cognitorum, nihil venalis 32 exigentium terror in eas, quæ aut innocentia securæ, aut principali sunt honore munitæ, intelligat licere personas, ad inferendas injurias corporales: habeat hanc mercedem laboris multorum munerum testimoniis commendata devotio. Idemque & si munera *Decurionatus* 33 quis deposuerit: nam & ipse propter pristinam dignitatem quaestionem non patitur. Dat. xii. Kal. Sept. THEODORO V. C. coss. 399.

Si de hereditate, vel de rebus hereditariis queratur.

18. Imp. JUSTINIANUS. A. Demostheni P. P.

De tormentis hereditariorum 34 *servorum* sancimus nullo discrimine secundum anteriores leges & constitutiones interposito, sive de jure hereditatis aliqua moveatur inter heredes quaestio, sive de corporibus tantum hereditariis, sive de utroque eorum: *servos* de corporibus tantum hereditariis interrogari, & licere *servos* eos tantummodo, qui res gerendas detinent, sive in servitute relictæ sunt, sive libertatem adipisci per ultimam testatoris voluntatem præcepti sunt, in quaestionem rerum hereditariarum deduci, & ex his ea, quæ occultata sunt, revelari: prius tamen sacramento 35 super his a nobis statuto, præstando. Dat. xv. Kal. Octob. Chalcedone, DECIO, V. C. coss. 529.

TIT. XLII.

DE ABOLITIONIBUS I

1. Imp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Paternæ.

Præses provinciarum si perspexerit abolitionem ad omnia crimina, quæ mota sunt, pertinentem a se impetratam: ne semel finita instaurentur, intercessione auctoritatis suæ prospiciet. Supplicatione vero porrecta nutui principali, præfata abolitione sopitum crimen ab 2 eadem persona revocari potest. PP. xv. Kal. Decemb. DIOCLET. 111. & MAXIM. AA. coss. 287.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Januarium. PP.

Abolitio præsentibus partibus causa cognita non a Principe, sed a competenti Iudice postulari debet: id est, si per errorem 3 seu temeritatem, seu calorem ad accusationem profuierit: hoc enim accusator explanans, abolitioni locum faciet. Sin autem per deceptionem, vel pecuniis a reo corruptus ad postulandam abolitionem venit: redemptæ miserationis vox minime admittatur: sed adversus nocentem reum inquisitione facta, pœna competens ingeratur. Hi autem, qui suam, suorumque injuriam defendunt, & qui cognatos suos in accusationem deducunt: omnimodo abolitionem petere non prohibentur. Datum xvi. Kal. Decemb. Serdica, CONSTANTINO A. v. & LICINIO coss. 319.

3. Imp. VALENT. & VALENS AA. ad Probum.

Fallaciter 4 incusantibus accusationis abolitio non dabitur. Sin autem sincera mente accusationem instituerit, & reus aliquid injuriæ inscriptionibus illatæ toleraverit (id est, si vel carceres sustinuerit, vel tormenta, vel verbera, vel catenas) abolitio non petetur: nisi forte ille, qui hæc passus est, suum consensum 5 ad petendam abolitionem accommodaverit. Quando autem reus nihil tale passus est: postquam fuerit Officii custodia traditus, intra dies triginta accusatori petenti, etiam invito reo, dari permittitur. Post hoc vero tempus, nisi reus consentiat, censemus non esse tribuendam. Quod si ingenuorum, licet plebejorum, qui conscii & participes criminum non erant, testimoniis gratia corpora fuerint lacerata verberibus, tormentisque vexata, abolitionem etiam dua-

(16. l. 1. pr. ff. h. t. (17. l. 1. §. 1. l. 18. §. 2. ff. eod. (18. l. 3. supr. eod. l. 17. supr. ad leg. Corn. de falsis. (19. l. ult. ff. h. t. (20. l. 9. l. 18. §. 4. ff. eod. (21. v. l. ult. infr. eod. (22. l. 10. infr. de dignitat. v. l. 16. infr. h. t. (23. v. l. 3. ff. de veteranis. (24. l. 16. infr. h. t. l. 9. §. 11. ff. de pœnis. (25. l. 2. §. 2. ff. de decurionib. (26. l. 15. infr. h. t. (27. l. 10. supr. l. ult. in r. l. 1. §. 6. l. 2. l. 6. in fin. l. 17. §. 22. ff. eod. (28. l. 3. ff. eod. (29. l. 12. supr. l. 1. §. 22. ff. eod. l. 8. supr. de testib. l. 7. ff. de probat. (30. l. 11. in fin. supr. l. 17. in fin. infr. h. t. l. 33. infr. de decur. l. 10. infr. de dignitat.

(31. l. 10. §. 1. ff. h. t. l. 3. l. 4. supr. ad leg. Jul. majest. (32. l. 7. sup. quando provocare. (33. l. ult. ff. de decur. l. 16. supr. h. t. (34. l. 13. supr. eod. (35. l. 1. supr. de jurejur. propter calumn. TIT. XLII. (1. Lib. 48. D. 18. v. l. 16. supr. ad leg. Jul. de adult. l. 15. ff. de jure fisci. (2. l. 3. §. ult. ff. de accusat. l. 4. in fin. ff. ad SC. Turpill. v. l. 1. infr. tit. prox. (3. l. 10. ff. de judic. l. 15. ff. de jure fisci. (4. l. 9. infr. de calum. (5. l. ult. pr. ff. ad SC. Turpill.

tum partium consensu petitam, jubemus vigore judicis denegari: & crimen propositum, cujus examen tormentis jam coeperat agitari. Sin autem testibus tormenta minime sunt illata, etiam sic 6 abolitio non dabitur in illis criminibus (ut in violata Majestate, aut patria oppugnata, vel prodita, aut peculatus admisso, aut sacramentis desertis, omniaque, quæ jure veteri continentur) in quibus Judex non minus accusatorem ad docenda, quæ detulit, quam reum ad purganda, quæ negat, debet urgere. Dat. xi. Id. Octob. Treveris, VALENT. N. P. & VICTORE COSS. 369.

T I T. XLIII.

DE GENERALI ABOLITIONE.

1. Imp. ANTONINUS A. Rutiliano Consulari Ciliciæ.

Qui potentatus 2, & vis, aliorumque criminum reum fecit, si post abolitionem ex forma solita reorum factam, & post edicta proposita intra diem statutum 3 repetere superfederit: persequi crimina volens non est audiendus. PP. viii. Kal. Maji, LÆTO II. & CEREALE COSS. 216.

2. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Paulino.

Cum eo tempore, quo indulgentia nostra crimina extinxit, accusatio a te instituta non fuerit: publicæ abolitionis præscriptio cessat. PP. vi. Id. Februar. MAXIMO II. & AQUILINO COSS. 286.

3. Imp. VALENT. VALENS & GRATIANUS AAA. ad Senatum.

Indulgentia, Patres Conscripti, quos liberat, notat 4: nec infamiam criminis tollit: sed pœnæ gratiam facit. Dat. xiv. Kal. Jan. Treveris, GRATIANO A. II. & PROBO COSS. 371.

T I T. XLIV.

UT INTRA CERTUM I TEMPUS CRIMINALIS QUÆSTIO TERMINETUR.

1. Imp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Desiderio Vicar. Asiæ.

Quisquis accusator reum in judicium sub inscriptione detulerit, si intra statutum tempus accusationem coeptam persequi superfederit, vel (quod est contumacius) ultima die adesse neglexerit, quarta bonorum omnium parte multatus, aculeos consuetissimæ legis incurat: scilicet manente infamia, quam veteres jusserant sanctiones. Dat. iv. Id. Jul. Treveris, ARCADIO A. I. & BAUTONE COSS. 385.

2. Imp. HONOR. & THEOD. AA. Cæciliano. PP. post alia.

Noverint judices, cuilibet culmini, honorive præsidentes, necessariis utrique parti (si petantur) dilationibus non negatis, præcedentibus scilicet inscriptionibus, intra certum tempus criminales causas limitandas: quo emenso, subeat accusator, qui destitit 3, pœnam legibus constitutam. Et si persona vilior fuerit, cui 4 damnus famæ non sit injuria, pœnam patiat exilii, nisi forte intra statuti temporis metas consensus partium abolitionem poposcerit. Judicium autem debet esse diligentia, ut si nulla rationabilis a reo, vel accusatore dilatio 5 postuletur, urgeant talium causarum notionem non expectatis moris. Dat. xii. Kalend. Februar. Ravennæ, HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. COSS. 409.

(6. Adde l. 3. supr. de episc. aud.

TIT. XLIII. (1. l. 10. §. 1. ff. ad SC. Turpill. v. l. 3. supr. de episc. aud. (2. l. 1. supr. tit. prox. (3. d. l. 10. §. 2. (4. l. 7. infr. de sent. pass. l. 17. ff. ad SC. Turpill. l. 1. §. 10. in fin. ff. de postul. (5. Adde l. 6. l. 7. infr. de sent. pass.

TIT. XLIV. (1. l. 6. §. 2. in fin. supr. de custodia. l. 15. §. 5. ff. ad SC. Turpill. l. 7. ff. de munerib. l. 13. pr. supr. de judic. l. ult. infr. h. t. (2. d. l. 13. pr. (3. l. 16. supr. ad leg. Jul. de adult. (4. Adde l. 15. §. 28. ff. de injuriis. (5. v. l. 1. in fin. ff. de feriis.

Causæ criminales intra biennium sunt terminandæ, pœna judici negligenti imminente.

3. Imp. JUSTINIAN. A. Mennæ P. P.

Criminales causas omnimodo intra duos annos a contestatione litis connumerandos finire censemus, nec ulla (alia) occasione ad ampliora produci tempora: sed post biennii excessum minime ulterius lite durante 7, accusatum absolvi: scientibus Judicibus, eorumque Officiis, quod si litigatoribus admonentibus ipsi litis introductionem, vel examinationem distulerint, pœna vicenarum librarum auri feriantur. Dat. Kal. April.

T I T. XLV.

AD SENATUM CONSULTUM TURPILIANUM. I

1. Imp. ANTONIN. A. Amato.

Is demum in Senatusconsultum incidisse videtur, qui crimen publici 2 judicii detulit: & causa criminis ordinata (id est, inscriptionibus depositis, & fidejussore de exercenda lite præstito) eoque, qui accusatur, sub custodia Officii facto, non impetrata abolitione ab executione (criminis) destitit.

2. Imp. GORDIANUS A. Appio.

Si pro eo, qui in crimen subscripsit, fidem tuam adstrinxisti, sique destitit, & commissa stipulatio est: non ultra quantitatem, quam spondidisti, obligatus es: eo qui destitit, infamia nihilominus notando 3, & extra ordinem 4 secundum judicialem motum puniendo.

3. Imp. VALERIANUS & GALLIEN. AA. Syllaho.

Quamvis eum ordinem scriptura contineat, ut primo abolitio criminis posceretur, & tunc dehinc omnibus placitis obtemperaretur, non observantibus tamen adversariis pactorum fidem, instaurare 5 accusationem minime potes, a qua ipse destitisti. PP. Prid. Non. Julii, TUSCO & BASSO COSS. 259.

4. Idem AA. Patrophilo.

Si is, de quo supplicas, contra parentes vestros desertam (ut dicis) accusationem coeperit persequi: præscriptio illi in judicio Præsidis destitutæ rei poterit opponi. PP. Prid. Non. Maji, SECULARI & DONATO COSS. 261.

5. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Matronæ.

Si feminam suam suorumque injuriam exequatur, cum ipsa pacto contra vetitum destitisse profiteatur: in Senatusconsulti Turpilliani pœnam eam incidisse 6, certi juris est. Subdita vii. Non. Apr. CC. COSS.

6. Idem AA. Lucilio.

In executionibus criminum obtinuisse videtur, illos destitisse, qui animum 7 accusationis implendæ profors deseruerunt. Cum igitur aliis ex causis, vel simplicitatis ratione, necdum te ad finem vindictæ pervenisse, preces tuæ testentur: poteris postposita formidine impedimenti super aliquantulo silentio, institutam accusationem secundum leges preferens, quam probabis tibi debitam vindictam reportare. PP. III. Kal. Jul. DIOCLET. VI. & MAXIMIAN. AA. COSS. 296.

(6. l. 13. pr. supr. de judiciis. (7. l. 7. supr. qui accusare non possunt. l. 18. ff. de accusat. (8. l. 5. infr. de calumn. (3. Excip. l. 13. in fin. ff. h. t. (4. l. 3. supr. qui accus. non possunt. l. 6. §. 3. ff. de decurionib. (5. v. l. 6. supr. qui accus. non poss. (6. Vide tamen l. 4. ff. h. t. (7. l. 6. §. 1. ff. cod. l. 10. ff. de jud.

TIT. XLVI.

DE CALUMNIATORIBUS. I.

1. Imp. ALEXAND. A. SABINO.

Calumniatio eo tempore coetere solet, quo de causa praesente accusatore iudicatur: ideoque posteaquam de causa iudicatum est, contra consuetudinem calumniam accusatoris puniri desideras.

2. Idem A. Apolloniae.

Mater inter eas personas est, quae sine calumniae timore necem filii sui vindicare possunt. Idque beneficium Senatusconsulti & in aliis publicis iudiciis servatum est. † Sed extraneus heres 4, qui suspicionem, quam de morte sua habuisse defunctus cavit, exequitur, hoc nomine a calumnia excusatus est: cum inter voluntariam accusationem 5, & officii necessitatem heredis, multum interfit. PP. VI. Kal. JULIANO & CRISPO COSS. 225.

3. Idem A. AEMILIO.

Qui non 6 probasse crimen, quod intendis, pronunciat, si calumniae non damnetur, detrimentum existimationis non patitur. Non enim si reus absolutus est, ex eo solo etiam accusatur, qui potest iustam habuisse veniendi ad crimen rationem, calumniator credendus est.

4. Imppp. CARUS CARINUS & NUMERIANUS
AAA. Arcadio.

Calumniatio poena in paterna 7 mortis accusatione cessat. PP. XI. Kal. Dec. CARO & CARINO AA. COSS. 283.

5. Imp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS
AA. Caesio.

Qui calumniatores pronunciantur, in publicorum 8 dumtaxat iudiciorum quaestionibus, non etiam in liberalibus causis, quae privatas disceptationes continent, periclitari solent.

6. Idem AA. Domitio.

Dominis servorum per accusatoris calumniam tortorum, adversus eum poena dupli 9, lege Julia providetur. S. xv. *

7. Impp. VALENT. & VALENS AA.
ad Valerianum P. U.

Non 10 prius quemquam sinceritas tua ad tuae sedis examen iubebit adduci, quam solemnibus satisfecerit, qui nititur fidem doloris adferere: cum iuxta formam juris antiqui, ei, qui coeperit arguere, aut vindicta proposita sit, si vera detulerit: aut supplicium 11, si fefellerit. Dat. VI. Kal. Dec. GRATIANO, & DAGALAIPO CC. 366.

8. Imppp. GRATIANUS, VALENT. & THEODOS. AAA.
Menandro Vic. Afric.

Nostri, & Parentum nostrorum Constitutionibus comprehensum est, eos, qui accusationem alienis nominibus praesumpserint, delatorum numero esse ducendos: atque ideo calumniosissimum caput, & personam iudicio irritae delationis infamiae 12 supplicium sequatur: quo posthac singuli universique cognoscant, non licere in eo, quod non possit ostendi, iudicium animos commoveri. Dat. VIII. Id. Maji, Constantinop. ARCADIO A. & BAUTONE COSS. 385.

9. Idem AAA. Floro P. P.

Fallaciter 13 incusantibus, maxime post exhibitionem accusati, nullius juris color veluti derivata excusatione proficiat: non publica (quidem) abolitio, non privata talibus proficiat subveniatque personis: non specialis indulgentia, nec beneficium quidem eos generale subducatur. Dat. xv. Kal. Jun. Constantinop. ANTON. & SYAGRIO COSS. 382.

10. Imp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. COSS. Præt.
Trib. pleb. Senatui S. D.

Quisquis crimen intendit, non 14 impunitam fore noverit licentiam mentiendi: cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. Dat. VIII. Id. Aug. Ravennae, ASCLEPIODOTO & MARINIANO COSS. 423.

TIT. XLVII.

DE POENIS. I.

Collatio damnatorum in opus perpetuum,
& deportatorum.1. Imp. TIT. AELIUS ANTONINUS
A. Lucio.

Etiam in opus perpetuum 2 damnari non dissimilis conditionis sunt ab his, qui deportantur in insulam. PP. sine die & cos. De Procuratore Caesaris.

2. Imp. ANTONINUS A. Valerio.

Procurator 3 meus, qui vice Praesidis non fungebatur, exilii tibi poenam non potuit irrogare: ac propterea frustra vereris sententiam, quae nulla juris ratione subnixae est.

De decurionibus.

3. Idem A. Senatui.

Decurionem 4 in opus publicum dari non oportere, manifestum est.

De nato ex damnata in metallum.

4. Idem A. Marinae.

Si ante 5 conceptus est puer, de quo libellos dedisti, (quam) mater ejus in metallum condemnaretur: natus conditionis ejus est, cujus ante condemnationem mater ejus fuit.

De liberis veteranorum.

5. Idem A. Senatui.

Honor veteranis etiam in eo habitus est, ut liberi 6 eorum usque ad primum 7 dumtaxat gradum, poena metalli 8, vel operis publici non afficiantur, sed in insulam relegentur.

De vinculis perpetuis.

6. Idem A. Alphio.

Incredibile est, quod allegas, liberum hominem, ut vinculis perpetuis 9 contineretur, esse damnatum. Hoc enim vix in sola servili conditione procedere potest. PP. III. Id. Febr. MESSALA & SABINO COSS. 215.

De aetate.

7. Imp. ALEX. A. Isidoro.

Impunitas delicti propter aetatem 10 non datur, si modo in ea quis sit, in quam crimen, quod intenditur, cadere potest. II.

De bonis damnatorum.

8. Idem A. Victori.

Deportatorum 12 in insulam ab eo, cui id faciendi jus erat, bona fisco vindicantur: relegatorum autem non 13, nisi sententia specialiter adempta fuerint.

(13. l. 15. pr. ff. de jure fisci l. ult. sup. de abolit. (14. l. ult. vers. nec impunitam sup. de accusat.

TIT. XLVI. (1. Lib. 3. D. 6. (2. l. 3. inf. h. t. l. 1. §. 4. ff. ad SC. Turpill. (3. l. ult. ff. de publ. jud. (4. v. l. 42 ff. de reg. jur. (5. v. l. 54. ff. de rei vind. l. 14. §. 9. ff. de bon. libert. (6. Adde d. §. 4. & l. 1. sup. h. t. (7. Adde l. 2. sup. eod. (8. l. 7. in fin. ff. ad SC. Turpill. (9. l. ult. ff. h. t. l. 27. in fin. ff. ad leg. Jul. de adult. (10. l. 2. sup. de exhib. reis. (11. v. l. 17. in fin. sup. de accusat. (12. v. l. 3. sup. de abolit. adde l. 5. inf. de delatorib.

TIT. XLVII. (1. Lib. 48. D. 19. (2. l. 34. ff. h. t. (3. Adde l. 4. sup. ad leg. Fab. de plagiar. l. 1. sup. de pedaneis. v. l. 3. sup. ubi causa fiscales (4. Adde l. 9. inf. l. 9. §. 11. l. 15. ff. h. t. adde l. 16. sup. de quaestionib. (5. l. 5. §. 2. l. 18. ff. de statu homin. l. ult. ff. de sen. pass. l. 24. §. 6. ff. de fidei. commiss. libert. (6. l. 9. inf. h. t. l. 3. in fin. princ. sup. de quaestionib. l. 1. ff. de veteran. (7. Vide tamen l. 9. §. 13. ff. h. t. (8. l. 3. §. 1. ff. de re militari. l. 1. ff. de veteranis. l. 8. sup. de quaestionib. (9. l. 35. ff. h. t. v. l. 10. inf. eod. (10. l. 6. sup. ad leg. Corn. de sicar. (11. l. 16. §. 3. in fin. h. t. l. 23. §. 2. in fin. ff. de edilicio. l. 23. ff. de furtis. l. 111. ff. de reg. jur. (12. l. 97. ff. d. t. (13. l. 1. l. 14. §. 1. ff. de interd. & relegat. l. 8. §. 3. ff. de bon. damnat.

*De condemnatione in ministerium metallicorum.
vel in opus metalli.*

9. Idem A. Demetrio.

Si matrem tuam *decurionis filiam* 14 fuisse probatum fuerit, apparebit eam non oportuisse in ministerium metallicorum, nec in opus metalli dari.

De vinculis.

10. Idem A. Catulo.

Servus sub poena *vinculorum* sine 15 temporis praefinitione domino 16 reddi iussus sententia Praefidis provinciae, perpetuo 17 vinctus esse debet.

De metalli supplicio.

11. Imp. GORDIAN. A. Titiano.

Metalli supplicium tam ad personas liberas, quam etiam ad serviles 18 pertinet conditiones.

De filiis decurionum. 1. De vocibus populi.

12. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA.

in Consistorio dixerunt.

Decurionum 19 filii non debent bestiis subijci. §. 1. Cumque a populo exclamatum esset, iterum dixerunt: Vanæ voces populi non sunt audienda 20: nec enim vocibus eorum credi oportet, quando aut noxium crimine absolvi, aut innocentem condemnari desiderant.

De servis.

13. Idem AA. Ursino.

Servo ex sententia damnato, si quoquo modo ex sententia proprietatis jus 21 amputatum non sit, domino suo obsequi eum par est.

De poena temporali operis publici.

14. Idem AA. & CC. Vicario.

Si operis publici temporalis poenae sententia praefinitus nondum excessit dies, hunc expectari convenit: cum non remitti poenam facile, publice interfit: ne 22 ad maleficia temere quiscquam profiliat.

De poena non revocanda.

15. Idem AA. & CC. Agatho.

Poenam sua dictam sententia Praefidi provinciae revocare non 23 licet.

De sententia capitali.

16. Imp. CONSTANTINUS A. ad Catulinum Proconsulem Africae.

Qui sententiam laturus est, temperamentum hoc teneat, ut non prius 24 capitalem in quempiam promat severamque sententiam, quam in adulterii, vel homicidii, vel maleficii crimen, aut sua confessione, aut certe omnium 25, qui tormentis, vel interrogationibus fuerint dediti, in unum conspirante concordanteque rei finem, convictus 26 sit: & sic in objecto flagitio deprehensus, ut vix etiam ipse ea, quae commiserit, negare sufficiat. Dat. 111. Non. Nov. Treveris, Accepra xv. Kal. Maji, Hadrumeti, VOLUSIANO & ANNIANO COSS. 314.

In qua corporis parte poena scribi debet.

17. Idem A. Eumelio.

Si quis in metallum fuerit pro criminum deprehensorum qualitate damnatus, minime in ejus facie scribatur: cum & in manibus & in suris possit poena damnationis una inscriptione comprehendi: quo facies, quae ad similitudinem pulchritudinis est caelestis figurata, minime maculetur. Dat. XII. Kal. Apr. Cabiluno, CONSTANTINO A. IV. & LICINIO IV. COSS. 315.

De condemnatione non differenda.

18. Imp. CONSTANTINUS A. Theodoro V. P.

Praefidi Arabiae.

Cum reis manifesta 27 probatione convictis spatium temporis ante sententiam datur, facultas supplicandi, (vel quibusdam

malignis artibus, tam Praesidium, quam Officialium; poenas evitandi) criminofissimis patet: cum & in homicidii crimine: & in aliis detectis gravioribus causis ultio differenda 28 non sit. Igitur de cetero juxta criminis qualitatem legem oportet servari, & in scelerosos, & noxios proferri juris sententiam. Dat. Id. Oct. CONSTANTIO A. IV. & CONSTATE CC. COSS. 342.

Ne quis poena causa alicui corpori addicatur.

19. Imp. VALENTIN. & VALENS AA.

ad Olybrium P. P.

Ne quis 29 pro coercitione delicti, vel pistoribus, vel cuicumque alteri corpori (cum alterius sit corporis) addicatur: sed unusquisque pro crimine, in quo fuerit deprehensus, motum congruae severitatis excipiat. Dat. 111. Id. Apr. VALENTINIANO & VALENTE AA. COSS. 365.

De rescriptis.

20. Imp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

Flaviano P. P. Illyrici & Italiae.

Si vindicari in aliquos *severius* contra nostram consuetudinem pro causa intuitu iusserimus, nolimus statim eos aut subire poenam, aut excipere sententiam: sed per dies triginta super statu eorum fors, & fortuna *suspensa* sit. 30. Reos sane excipiat vinciatque custodia, & excubiis solertibus vigilanter observet. Dat. xv. Kal. Sept. Verona ANTONIO & SYAGRIO COSS. 382.

De apparitoribus.

21. Imp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA.

ad Principium P. P.

Ne diu apparitorum prava admodum venalisque perfidia impune in publica commoda deserviat, censemus etiam in *absentes* eos pro competenti ultione debere confurgi. Dat. Kal. Jun. ARCAD. A. & BAUTONE COSS. 385.

Qui puniendi sunt.

22. Imp. ARCADIUS & HONORIUS AA.

Eutychiano P. P.

Sancimus 31 ibi esse poenam, ubi & noxia est. Propinquos, notos, familiares procul a calumnia submovemus, quos reos sceleris societas non facit. Nec enim adinitas, vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant auctores: nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum. Hoc singulis quibusque Judicibus intimetur. Dat. VIII. Kal. Aug. Constantinop. EUTROPIO & THEODOR. VV. CC. COSS. 399.

De exilio.

23. Imp. HONORIUS & THEODOSIUS AA.

ad Anthemium P. P.

Omnes, quos damnationis conditio, diversis exiliis 32 destinatos, metas temporis praefinitati in carceris implese 33 custodia deprehenderit, solutos poena vinculis laxatos, custodia (liberari) praecipimus, nec formidare miseras ullas exilii. Sit satis immensorum cruciatuum semel luisse supplicia, ne (hi), qui diu privati sunt auræ communis haustu, & lucis aspectu, intra breve spatium catenarum ponderibus praegravati, etiam exilii poenam sustinere iterum compellantur. Dat. XIV. Kal. Maji, CONSTANTIO & CONSTATE VV. CC. COSS. 414.

24. Idem AA. Monaxio P. P.

Rectores 34 provinciarum conveniri praecipimus, ut hi, qui suo crimine poenam exilii sub certo temporis spatio subire decreti sunt exacto praefinito tempore, nec claustris carceralibus, nec in locis, quibus exules versati sunt, teneantur. Dat. 111. Kal. Sept. Eudoxiopolis. DN. THEODOSIO A. VII. & PALLADIO V. C. COSS. 416.

De his, qui conficiendi naves peritiam Barbaris tradiderint.

25. Idem AA. Monaxio P. P.

His, qui conficiendi naves 35 incognitam ante peritiam Barbaris tradiderint, capitale iudicium proponi, decernimus. Dat. VIII. Kal. Oct. Constantinop. MONAXIO & PLINTA COSS. 419.

(14. v. l. 12. inf. h. t. (15. l. 23. ff. eod. (16. l. 13. inf. eod. (17. l. 6. in fin. sup. eod. adde l. 8. in fin. l. 34. ff. eod. (18. l. 8. §. 12. ff. eod. (19. Adde l. 9. §. 11. & 12. ff. eod. l. 11. in fin. sup. de quaestionibus l. 33. inf. de decurionibus. (20. l. 31. ff. h. t. l. 3. sup. qui manumittere. l. 17. ff. qui & a quibus manumittit. (21. l. 10. sup. h. t. l. 8. inf. de sent. pass. l. 8. in fin. l. 34. ff. h. tit. (22. l. 51. §. 2. vers. quod si quis. ff. ad leg. Aquil. (23. l. 1. sup. sent. resc. non posse. l. 1. sup. de sentent. ex peric. l. 14. ff. de re judic. l. 27. ff. de panis immo vide l. 6. ff. de off. praefid. l. 2. §. 1. ff. si quis in jus voc. 24. (Adde l. 11. ff. h. t. (25. l. ult. sup. de probat. (26. l. 8. inf. h. t. (27. l. 16. in fin. sup. eod.

(28. l. pen. sup. de custod. l. 16. in fin. ff. ad leg. Corn. de sicar. l. 6. ff. h. t. vide tamen l. 3. ff. eod. l. 1. inf. de bon. proscript. l. 20. inf. h. t. (29. l. 38. inf. de decurion. (30. v. l. 2. sup. de sentent. ex peric. immo vide l. 18. sup. h. t. (31. l. 74. ff. de reg. jur. l. 24. sup. de donat. inter vir. & uxor. (32. Fac. l. 25. ff. h. t. (33. l. 24. inf. eod. (34. l. 23. sup. eod. (35. Fac. l. 2. sup. quae res exportari.

De exilio perpetuo, vel temporali.

Constitutio jubet, ut ne missi in exilium, eis locis, in quæ missi sunt, degant in custodia, & ut ne quis relegatur in propugnaculum Gypsi 36, vel alia præsidia: sed si quidem morte dignum sit crimen, huic poenæ subiciatur: si exilio perpetuo vel temporario, tum in exilium mittatur: ita tamen, ut non jubeatur esse in custodia eis locis, in quæ mittitur: sed in provinciam eat, quam judex statuerit, citra civitates & provincias inferius exceptas, cum potestate versandi in tota provincia, qua tamen exire nequeat: nec manens in ea quicquam seditiose, & inciviliter agere, nisi velit ultimo supplicio adfici a Præside provinciæ, vel a Præside illorum locorum, in quibus exulat. §. 1. Et coniecti in carcerem, ut in Regia Urbe, in eo non sint supra 37 constitutum jam tempus in superiore titulo *de custodiis*, & simili modo in provinciis: ut compendio criminum causæ finiantur: & reus, si dignus exilio, damnetur, non in custodiam, sed in provinciam, quæ non sit ex prohibitis, ea lege, ut ultimo supplicio adficiatur, si provincia excefferit, vel ibi inciviliter quid admiserit. §. 2. Magistratus autem Alexandria & Thebaidos solos jubet in Gypsum, & in Oasin 38 mittere, vel in sex menses, vel ad summum in annum. Quod si perpetuum sit exilium, neque in Gypsum mittere, neque in Oasin, neque in custodiam alterius provinciæ, sed ut dictum est, in provinciam integram, ea conditione, ut si quid deliquerint, vel si excefferint jussu Præsidentum, qui miserunt, ultimo supplicio adficiantur. §. 3. Jubet autem Officiales cujusque judicii, hujus legis commonefacere Præsides: nec quemquam detinere ultra relegationis tempus, sed statim dimittere sine damno & mora, & eum qui quid ausus fuerit accipere, quadruplum reddere. §. 4. Prohibentur verò Præsides relegare in provincias & civitates Constitutioni subjectas 39.

T I T. XLVIII.

NE SINE JUSSU PRINCIPIS CERTIS JUDICIBUS
LICEAT CONFISCARE.1. Imp. THEODOSIUS A. & VALENTINIANUS C.
ad Hierium P. P.

Nulli Judicum liceat (exceptis, qui in summa administratione sunt positi potestate) proscriptionis tempestate totius substantiæ aliquem percellere, nisi ad nostras aures hoc ipsum referatur. Dat. x. Kal. Feb. Constantinop. THEOD. A. XI. & VALENT. C. COSS. 425.

T I T. XLIX.

DE I BONIS PROSCRIPTORUM, SEU
DAMNATORUM.*De peculio servi damnati.*

1. Imp. ANTONINUS A. Marco.

Servorum capitis crimine damnatorum peculia dominis non auferri, notum est: sed quod servum dominus habuisse probaverit, recipiet, pretiumque rerum, si quæ ab eo distractæ sunt. Ipsius quoque præsentis potestas ei dabitur, quoad rationes per eum administratæ reddantur, ac disponantur. Sed meminisse dominum oportebit instare, ut id velocius fiat, ut poenæ suæ reddi possit.

De rebus post deportationem acquisitis.

2. Imp. ALEXANDER A Frontoni.

Deportati, nec earum quidem rerum, quas post 2 poenam irrogatam habuerint, heredem habere possunt: sed & hæ publicabuntur. 3.

De peculio filii familia damnati.

3. Idem A. Juliano.

Si filius tuus, cum esset in (tua) potestate, in insulam deportari meruit: peculium ejus, nec quod in castris acquisivit, vel quod ei militaturo donasti, auferri tibi debet. PP. VI. Id. Sept. ALEXAND. II. & MARCELLO COSS. 227.

De damnatis in metallum, & restitutis.

4. Imp. GORDIANUS A. Callimorpho.

In metallum damnatus poenæ 4 servus efficitur: & ideo ejusmodi sententiam passi bona vindicantur 5 rationibus fisci. Quare si 6 quid rerum habuit is, quem postea nostra indulgentia liberatum esse proponis, ad jus fisci potius, quam ad ipsius dominium pertinet.

De tutore.

5. Imp. PHILIPPUS A. Arriano.

Si (ut proponis) bona ejus, qui tutelam tuam administravit, sententiam passi ad fiscum sunt devoluta: Procuratorem nostrum adire cura: qui si quid jure posci animadverterit, non negabit.

De filiis deportata.

6. Imp. DIOCL. & MAXIM. A. Gaudentio.

De bonis matris deportatis filiis 7 nihil 8 deberi, juris absolutissimi est.

*De bonis deportati describendis, & ad Principem referendis.*7. Imp. VALENT. VALENS & GRATIAN. AAA.
ad Probum P. P.

Si quis intra provinciam pro qualitate delicti, stylum proscriptionis incurrit, per ordinarii Officii sollicitudinem bonorum ejus indago 9 diligentissime celebretur: ne quid rei privatae commodis per gratiam atque colludium furto subducatur: & plena descriptio comprehendat, quod spatium, & quod sit raris ingenium, quid aut incultum sit, aut colatur, quid in vineis, olivetis, aratoriis, pascuis, sylvis fuerit inventum: quæ etiam gratia, & quæ amoenitas sit locorum, quis (in) ædificiis ac possessionibus (sit) ornatus: quotve mancipia in prædiis occupatis, vel urbana, vel rustica, vel quarum artium generibus imbuta teneantur: quot sint censuarii, vel coloni: quot boum exercitiis terrarum atque vomeribus infruentium: quot pecorum & armentorum greges, & in qua diversitate numerati sint: quantum auri, & argenti, & vestium ac monilium, vel in specie, vel in pondere, & in quibus speciebus, quidve in apothecis sit repertum. Tunc demum omnia (ea), quæ velle nos perspicis, inquisitione constricta Rationalis rei privatae tradantur officio, aut Palatinis super hac causa missis, nostro neſtenda patrimonio. Mox vero ad nos sub literis publici Judicis sigillatim de omnibus nominatimque referatur, proculdubio negligentia multanda. Nam si quid post factam a prædicto Officio investigationem, Rationalis rei privatae, cui inquisitio secunda mandata est, amplius fortassis invenerit, Officium fraudulentum ea condemnatione ferietur, ut aliud tantum, quantum (fuerat) subſtractum ex propriis facultatibus inferat. Dat. III. Non. Maji, Treveris, VALENTINIANO NB. P. & VICTORE COSS. 309.

*De liberis damnatorum.*8. Imp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA.
Eutropio P. P.

Si deportatus suos, & emancipatos filios habuerit: pars, quæ ex bonis ejus liberis concessa est, ad eos tantum, qui in potestate erant, transferatur, si emancipati 10 ea, quæ consecuti erant emancipationis tempore, damno suo existimant conferenda. Sin autem confusionem bonorum, & donationis elegerint: ea omnia, quæ fiscus (liberis damnati) concedit, æque divisionis partibus fortiantur. † Quæ regula etiam in dote filiarum, vel neptis ex filio deportati conferenda, custodienda erit. Dat. xv. Kal. Jul. Theſſalon. GRATIAN. V. & THEOD. AA. COSS. 380.

De viro & uxore. 1. De donatis filiis emancipatis ante reatum patris. 2. Quibus fiscus præfertur.

9. Imp. ARCAD. & HONOR. AA. Cæsario P. P.

Si quis posthac stylum (quod absit) proſcriptionis exceperit: uxor 11 ejus res proprias, ex quocumque titulo sibi quasitas, veluti manu injecta mox vindicet, aut certe quoquo modo occupatas statim recipiat. Dos etiam, non quæ aliquoties inaniter 12 dotalium instrumentorum tenore conscribitur, sed quam se corporaliter tradidisse docuerit, repræsentetur. Ea etiam, quæ ab innoxio adhuc marito ante 13 nuptias titulo donationis acceperit, vel durante matrimonio, largitione viri ad eam ante proſcriptionem pervenerint, apud eam firmiter permaneant. §. 1. Si quid etiam in emancipatos liberos ante tempus criminis ac reatus patrem contulisse claruerit, integrum iisdem citra inquietudinem reservetur.

(4. Abrog. Nov. 22. c. 8. (5. l. 1. ff. de bon. damn. (6. l. 3. ff. de sentent. pass. (7. l. ult. inf. h. t. (8. v. Nov. 17. c. 12. Nov. 134. c. ult. (9. l. 3. inf. de bon. vac. confer. l. 4. ff. de censib. Nov. 1. c. 2. l. 22. §. 2. sup. de jure delib. (10. v. l. ult. sup. de emancip. l. 17. in fin. sup. de collat. Nov. Leon. 25. (11. v. Nov. 134. c. 13. in fin. (12. v. l. 1. sup. de dote cauta. (13. l. 31. in fin. ff. de donat.

(36. v. §. 2. inf. h. l. Nov. 22. c. 8. Nov. 142. c. 1. (37. l. 24. sup. h. t. (38. v. l. 7. §. 5. ff. de interd. & releg. (39. v. §. 1. sup. h. t.

TIT. XLIX. (1. Lib. 48. D. 20. Nov. 17. c. 12. Nov. 134. c. ult. (2. l. 7. §. 5. ff. h. t. (3. Vi de tamen l. 22. §. 5. ff. mandati.

Quod vero nec uxor, nec emancipati liberi potuerint vindicare, captum a publicis personis, ita ad me referri specialiter cenfeo, ut illud quoque addatur, utrum filios habeat, qui damnatus est: si mulque adjiciatur, utrum iidem apud se ex causa donationis aliquid vindicaverint. §. 2. Sed 14 in his, qui fiscalibus actibus nexi sunt, & pro ratiociniis proscribuntur, & condemnantur, placuit: si quid proprium uxor habuerit, vel a marito datum ante initium actus, ex quo origo fraudis ac vitii in iudicium deducta est, si quid deinde in emancipatos filios donatione collatum est, antequam crimen oriatur, intemeratum apud accipientium iura persistere: nec quicquam fisco in qualibet causa teneatur obnoxium, nisi quod in dominio proprio, cum obligari coepit, habuerit: vel quod agens tam suo, quam uxoris suae, vel filiorum, vel cuiuscumque praeterea nomine comparaverit: exceptis dumtaxat Caesarianis, vel Catholicianis, qui ab omni juris beneficio excluduntur, nisi probata a me purgataque ratiocinia fuerint, ut quod innoxie habuerint, transmittendi copiam habeant. Dat. III. Non. Aug. Constant. ARCAD. IV. & HONORIO III AA. coss. 396.

Si condemnatus liberos habeat, vel non habeat.

10. Imp. THEODOS. & VALENT. AA. Hierio P. P.

Quando quis quolibet crimine damnatus capitalem poenam deportationemve sustineat: si quidem sine liberis mortuus sit, bona ejus ad fisco perveniant. Si vero filii, vel filiae, vel nepotes ex defuncti filiis relictis erunt, dimidia 15 parte aetario vindicata, alia eis reservetur. Idem est & si posthumos dereliquerit. † Decurioni vero, qui hoc incurrerit, si liberos non habeat, succedat Curia, bonaque universa detineat aut ipsa per se, aut suo ordinata periculo munerum subiturum. † Sin (autem) erit soboles Curialis: & si ea necdum procreata est, integris parvis fortunis fulciatur. Si filia vel filiae fuerint, pars dimidia ad eas devolvatur facultatum, altera dimidia ad Curiam. Sin (autem) mares Curiales fuerint intermixti, dimidia pars ei Curiae nomine deferatur: & alia, quam in commune omnibus tribuit indulgentia Principalis, pro virili dividatur portione, excepta sola Majestatis 16 quaestione: quam si quis sacrilego animo adsumserit, iuste poenam ad suos etiam posteris transmittet. Dat. x. Kal. Febr. Constantinop. DN. THEODOS. XII. & VALENTINIANO II. AA. coss. 426.

De bonis fisco deferendis.

11. ΑΥΤΟΚΑΤΟΡ * Graeca Constitutio.

Sententia l. ult. Cod. de bonis proscriptorum lib. 9. Cod. tit. 49. Ex Eustathio.

Περὶ χρονοικῶν διασημασιῶν.

Quicumque habent, vel detinent bona damnati perduellionis, in Regia quidem Urbe intra duos menses: in provincia vero intra octo menses debent ea fisco deferre, alioquin enim una cum ipsius bonis quadruplum insuper praestabunt.

Ejusdem constitutionis epitome integrior ex lib. 69.

Eclog. tit. 52. cap. 15.

Si quis perduellionis crimine convictus, publicationem bonorum sustineat, ii, qui bona ejus habent, si versantur in Regia Urbe, intra duos menses: si non versantur in Urbe Regia, intra octo menses ea deferre debent. Quod si non fecerint, cum bonis quadruplum praestant.

In Authent. ut nulli Jud. §. fin. col. 9. tit. 17.

al. 9. Novell. 134. cap. ult.

Bona damnatorum seu proscriptorum non fiunt lucro Judicibus, aut eorum Officiis: neque secundum veteres leges fisco applicantur, sed ascendentiibus & descendentiibus, & ex latere usque ad tertium gradum, si supersint. Uxores vero eorum dotem & ante nuptias donationem accipiant. Si vero sine dote sint, de substantia mariti accipiant partem legibus definitam: sive filios habeant, sive non. Sed si neminem praedictorum habent, qui deliquerunt, eorum bona fisco sociantur. † In Majestatis vero crimine condemnatis veteres leges servari jubemus.

TIT. L.

DE BONIS EORUM, QUI MORTEM I SIBI CONSCIVERUNT.

Ubi quis mortem sibi conscivit ob criminis publici conscientiam, bona ejus publicantur.

1. Imp. ANTONINUS A. Aquiliae.

Forum demum bona fisco vindicantur, qui conscientia delati, admittique, criminis, metaque futurae sententiae, manus sibi intulerunt. Eapropter fratrem, vel patrem tuum, si nullo delato

(14. l. 1. inf. de jure fisci l. 4. sup. de privil. fisci. (15. l. 7. ff. h. t. mu. tat. Nov. 17. c. 12. & 134. c. ult. (16. l. 5. sup. ad leg. Jul. Majest.

TIT. L. (1. Lib. 48. D. 21. adde l. 12. sup. de accus. l. 2. sup. qui testam.

crimine, dolore aliquo corporis, aut taedio vitae, aut furore, vel infania, 2 aut aliquo casu suspendio vitam finisse constiterit, bona eorum tam ex testamento, quam ab intestato ad successores pertinebunt. PP. XII. Kal. Jun. DUOBUS ASPRIS coss. 213.

2. Imp. ALEXANDER A. Rustico.

Eorum, qui in reatu 3 diem suum functi sunt, si non perduellionis causam sustinuerunt, nec ob metum criminis mortem sibi consciverunt, bona ad successores transmittuntur. Dat. Id. Maji, ALEXAND. A. iterum, & MARCELLO A. coss. 227.

TIT. LI.

DE I SENTENTIAM PASSIS, ET RESTITUTIS.

Quid sit in integrum restituere.

1. Imp. ANTONINUS A.

Cum salutatus esset a Gentiano, & Advento, & Opilio Macrino Praefectis praetorio Clarissimis viris, item Amicis, & Principibus officiorum, & utriusque Ordinis viris, & processisset, oblatum est ei Julianus Licinianus, ab Opilio Ulpiano tunc Legato in insulam deportatus: tunc Antoninus Augustus dixit: Restituo te in integrum provincia tua, & adjecit: Ut autem scias, quid sit in integrum restituere, honoribus, & ordini tuo, & omnibus ceteris te restituo.

De bonis.

2. Idem A. Quietio.

Cum patrem tuum in metallum damnatum fuisse proponas, ejus quidem bona merito a fisco occupata sunt: nec ideo, quod ex indulgentia mea poena tantummodo metalli liberatus esset, etiam 2 bonorum restitutionem impetravit, nisi 3 speciale beneficium super hoc fuerit impetratum.

De aere alieno.

3. Imp. ALEXANDER A. Stratonico.

Si debitor poenam sententiae passus est, quam bonorum ademptio secuta est: quamvis postea civitati Romanae restitutus, non totam substantiam, sed aliquid ex indulgentia Principis, ut haberet, impetravit: aere tamen alieni ex praecedente tempore poena liberatus est. Si vero partem bonorum accepit, pro rata portione ejus tenetur. 4. Quod si ob pecuniam debitam fisco bona ejus occupata sunt, maneat una cum (suis) fidejussoribus propriis creditoribus obligatus.

De tutela actione.

4. Idem A. Valentinae.

Tutor filiorum (tuorum,) quorum te bonorum possessionem accepisse dicis, in metallum damnatus, & postea ex indulgentia generali regressus, quamquam locupletior sit, actione tutelae administratae tibi non tenetur, si non ex gratia sententiae facta specialiter statum pristinum cum bonis omnibus recuperaverit.

De actionibus.

5. Idem A. Juliano.

Si ademptis bonis in insulam deportatus sis, quamvis ex indulgentia communi rediisti, actiones tamen quascumque habuisti, remanent in causa bonorum publicatorum: nec ex ordine est, quod petis, ut contra heredes tutorum actiones tibi praestentur.

De parva potestate.

6. Imp. GORD. A. Fabiano P. P.

In insulam deportato filio, hacque ratione vinculo paternae potestatis exempto: si postea ex indulgentia D. Alexandri (ut proponis) reditus in patriam solum, praecedensque dignitas 6 restituta sit, potestas tamen patria repetita non videtur.

De reditu, de militia, de existimatione.

7. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS

C. Cassio.

Generalis indulgentia nostra reditum 7 exulibus seu deportatis tribuit 8; non etiam loca militiae pridem adempta concedit, neque integram atque illibatam existimationem reservavit.

De servis.

8. Imp. VALERIANUS & GALLIENUS AA.

Seleuco P. P.

Frustra adhuc servum esse tui juris existimas, qui in metallum damnatus, poena ejus postea liberatus est. Per hujusmodi enim

(2. l. 3. §. 4. h. t. (3. d. l. 3. §. 1. l. penult. inf. l. 45. §. 1. ff. de jure fisci. TIT. LI. (1. Lib. 48. D. 23. (2. l. 4. l. 5. inf. h. t. vide tamen l. ult. in fin. inf. eod. (3. l. 9. inf. eod. (4. Adde l. 5. sup. de bonis prosript. (5. v. l. 7. inf. h. t. (6. v. l. 3. sup. de generali abolit. (7. l. 4. l. 5. l. 6. sup. h. t. (8. Adde l. 3. sup. de generali abolit. l. 10. in fin. inf. h. t.

indulgentiæ occasionem 9 integrari dominum prius, non placuit: verum idcirco tamen impune tibi eum Præses provinciæ injuriosum esse non patietur. Quod si quid rerum tuarum tenet, Procurator vobis iudex erit: fisci enim cœpit esse mancipium.

De patria potestate.

9. Imp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA.
Restitutæ, & aliis.

Si pater vester in insulam deportatus, generali indulgentia restitutus est, nec ut liberos in 10 potestatem reciperet, specialiter 11 impetravit, in dubium non venit, hereditatis commodum per vos ei acquiri, quos sententia contra eum prolata patresfamilias effecit, nequaquam potuisse.

De effectu indulgentiæ.

10. Idem AA. & CC. Demetrio.

Cum indulgentia nostra interveniente sis reversus ad lares tuos, frustra vereris, ne ex annotatione Præsidis, quæ jam abolita est, calumniam patiaris.

De lite ante deportationem mota.

11. Idem AA. & CC. Philippo.

Casus ejus, qui fundi moverat quæstionem, & ex benignitate nostra facta in eum cum 12 bonis restitutio, statum pristinum causæ non immutavit.

De are alieno.

12. Idem AA. & CC. Tryphoni P. P.

Si deportationis sententiæ veniam indulgentia nostra consecuta, suam recepit substantiam, se protegere sceleris poena contra creditores, quominus jure debitum solvat, improbe conatur.

De patria potestate, & ejus effectibus. 4. De bonis, dignitate & patria potestate.

13. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum P. U.

In quæstione testamenti, quod deportari filius remeante patre fecisset, remotis Ulpiani, atque Pauli notis, Papiniani placet

(9. l. 24. §. 5. ff. de fideicom. libert. (10. Adde l. 6. supr. l. 13. in pr. infr. h. t. (11. v. l. 2. in fin. supr. eod. (12. v. l. 5. supr. eod. adde l. 21. ff. de verb. signif.

valere sententiam: ut in patris sit filius potestate, cui 13 dignitas, ac bona restituta sunt. §. 1. Ita 14 tamen, ut gesta per filium, cujus consilia legitima ætas firmaverat, rata sint, eodem in potestatem patriam redeunte, ne eorum rescissio efficiat, (quod est maxime absurdum), eodem tempore nec in patris nec in sua quemquam fuisse potestate. §. 2. Minores enim ætate jure quicquam agere prohibentur. Quibus si damnato patre tutor datus est, necesse est, ut ab officio suo recedat, regressus eo, quem non solum nomine redire, sed etiam officium suum nulla pravitate, corruptum liberis præbere oportet, ut eorum bona tueatur, & augeat. Nam si patria potestate ad corrumpendi 15, atque effundendi patrimonii licentiam abutatur: ut furioso, ac dementi, itemque prodigo 16, libidinum omnium, vitiorumque servo, non est eorum pecunia committenda: (quin) ab administratione fugiat, neque tutor esse desinat, omniaque minoris dispendia suis ipse damnis præster. Sententia vero deportationis nullo patrem præjudicio deminuat. §. 3. Quem si comperta integritas, ut naturæ, ita officio liberis restituerit, ei gubernacula rerum tradenda sunt, cujus ad imitationem publici juris provisæ custodia est. Quæ nisi bonis patribus detur, luctuosior erit (filiis) reditus, quam discessus. §. 4. Ideoque tantum 17 ad restitutionem indulgentia valeat, quantum ad correctionem sententia valuit: utque deportationis ipsum per se nomen rerum omnium spoliatio est: ita indulgentiæ restitutio, bonorum 18 ac dignitatis, uno nomine amissorum omnium sit recuperatio. Et filii emancipationem a patribus officiis petant: ut libertatem non damnationis, sed lenitatis paternæ testem habeant. Datum xviii. Kalend. Octob. Sirmii, CRISPO 11. & CONSTANTINO 11. C. COSS. 321.

(13. v. l. 9. supr. h. t. (14. Fac. l. 8. ff. de pact. dotal. (15. Adde l. 59. ff. ad SC. Trebell. (16. l. 1. ff. de curat. furios. (17. l. 6. §. 12. ff. de injust. rupt. irrit. fact. testam. (18. Vide tamen l. 2. supr. h. t.

LIBER DECIMUS.

TIT. I.

DE JURE FISCO.

De donatione præcedente obligationem fiscalem.

1. Imp. ALEXANDER A. Attico & Severo.

Si prius 2, quam fisci rationibus pater vester obligaretur, perfectam prædiorum donationem 3 fecisse fuerit probatus: quod citra fraudem creditorum gestum, non rescinditur.

De computatione a Tabulariis facta.

2. Imp. GORDIAN. A. Serenio.

Instar rei judicatæ obtinere minime potest computatio a Tabulariis facta: nisi sententia Procuratoris fuerit comprobata.

De venditione in fraudem fisci.

3. Idem A. Atticæ.

Si minori pretio, quam res est, aperta fraude emtoris, vel gratia, quæ obligata sunt, fisco venierint; aditus Procurator 4 meus debitam quantitatem inferenti 5 restitui ea prædia jubebit.

De metoicis.

4. Imp. DIACL. & MAXIM. AA. Niceti.

Certa forma super metoicis 6 data est, qui jussu Principis in aliam civitatem translati sunt. Nam prædia eorum, quæ antequam demigrarent, habuerint, si ab eis distracta non essent, fisci rationibus vindicari jampridem decretum est: nisi aliud speciali præcepto Augusta Majestas decreverit. Ut igitur a Principibus salubriter statutum est, ita salvis his, quæ utiliter placuerunt, parentibus heredes eos existere minime oportere, nulla legis sanctione statutum est.

TIT. I. (1. Lib. 49. D. 14. adde lib. 7. tit. 73. supr. (2. Adde l. 10. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. l. 4. supr. de priv. fisci. l. 1. ff. si quis in fraudem. ff. si quis in fraud. patroni. (3. l. 9. §. ult. supr. de bon. proscript. (4. Immo vide l. pen. ff. de rescind. vend. (5. v. l. 16. supr. d. l. 2. infr. de fide & jure hast. l. 1. supr. de præscr. 30. vel 40. annor. (6. v. l. 12. in fin. ff. de excus. tut.

De bonis non capiendis sine auctoritate Principis.

5. Exemplum sacrarum literarum eorundem AA. ad Flaccum.

Prohibitum est, cujuscumque bona, qui fisco locum fecisse existimabitur, capi, priusquam a nobis forma fuerit data. Et ut omni provisionis genere occursum sit Casarianis: sancimus licere universis, quorum interest, objicere manus his, qui ad capienda bona alicujus venerint, qui succubuerit legibus: ut, etiam si Officiales auri fuerint a tenore datæ legis desistere, ipsis privatis resistentes, a facienda injuria arceantur. Tunc enim is, cujus interest bona alicujus non interpellari, officialibus volentibus ea capere, debet acquiescere: cum literis 7 nostris cognoverit non ex arbitrio suo Casarianos (id est Officiales) ad capiendas easdem venisse facultates: sed justitiæ vigorem id fieri statuisse.

Si non suo tempore agatur.

6. Imp. CONSTANTINUS A. ad provinciales.

Justas etiam, & quæ locum habent, fisci actiones præcipimus concremari, ob hoc solum, quod suis temporibus prolata non sunt: ut jam calumniæ privatorum eo saltem arceantur exemplo, quo justas fisci lites silere præcipimus. Dat. 111. Kal. Jun. CONSTANT. A. v. & LICINIO C. COSS. 319.

De bonis lite pendente non occupandis, si post rem secundum fiscum judicatam interversum quid fuisse apparuerit.

7. Idem A. ad Volusianum P. V.

Defensionis 8 facultas danda est his, quibus aliquam inquietudinem fisco infert: cum facultates eorundem, adhuc controversia pendente, inquietari, describique fas non sit. Ubi ergo controversia extiterit, fisco alicujus patrimonium vindicante: apud eum omnibus facultatibus constitutis cognitio ventiletur: ut cum rei exitus, debere eas vindicari, probaverit, tunc demum res persequi liceat, & super modo facultatum, ac rerum interrogationem haberi, quæ per conditionales 9 servos investiganda est: ut

(7. l. 1. supr. de mand. princ. (8. Adde l. 46. ff. h. t. (9. v. l. 11. supr. qui potior